lia dicuntur: Bonus optimus. Malus peſſimus. Magnus maximus:
Paruus minimus: Multus plurimus. Nunificus munificentiſſimus:
Magnificus magnificentiſſimus: Maledicus maledicentiſſimus: Grá
diloquus grandiloquentiſſimus. & ſimilia. Adoleſcens: iuuenis ſe-
nex ſuperlatiuis carent: Et neutro comparatiui. Ocyor ocyſſimus:
& Deterior deterrimus faciunt ſuperlatiua quæ in uſu poſitiua non
habent. Summus quoque ſuperlatiuum eſt ſine poſitiuo & compara-
uo. ❡ A præpoſitionibus quibuſdam in. ra. fiunt Superlatiua i imꝰ,
ut ultra ultimus: intra intimus: Citra citimus. Supra uero ſupre-
mus facit. Extra extremus & extimus. Prope proximus: quod pro
cognato poſitum accipit ſignificatum poſitiui: & comparatur: ut
proximior ideſt propinquior cognatus abſque ſuperlatiuo. Ab ad-
uerbiis quoque fiunt ſuperlatiua: ut pridem primus: penitus peni-
tiſſimus. A nuper item nuperrimus antiquiſſimi proferebant: & a ſæ
pe ſæpiſſimus. Nouiſſimus uero ſuperlatiuum a nouus ſui poſitiui
ſignificationem non habet: ideſt extremus. ❡ Superlatiuum iungi
tur genitiuo plurali cæterorum nominum: uel ſingulari collectiuo-
rum: ut Imperatorum optimus Auguſtus: Et Iugurta ſuæ gentis cal
lidiſſimus. ❡ Eſt autem nomen collectiuum: quod in ſingulari mul-
titudinem ſignificat: ut populus: gens: turba: uulgus: plebs: ciuitas: cõ
tio. Iungiť qñqꝫ ſuperlatiuo etiã pluralis abltũs cũ præpõne ex: ut hi-
empſal ex iis minimus: Superlatiuũ cũ præcedenti uľ ſequenti cõcor
dat ſubſtantiuo: ut liliũ eſt albiſſimum uel albiſſimus floꝝ: Et ſuper-
bia eſt maxima uel maximum uitioꝝ. Et præter genitiuũ iũgiť etiã
omnibus caſibus quos habent poſitiui: ut Neſtor omniũ eſt cupidiſ-

ſimus uirtutis: Antonius omnium eſt utiliſſimus ciuitati. Picinellus omnium eſt digniſſimus laude. De Relatiuis.

RElatiuum eſt ante late rei repræſentatiuum:Dictum a referẽdo ideſt repñtando.Eſt autem duplex:ſubſtantiæ: & Accidentis. Relatiuum ſubſtantiæ ẽ illud qđ refert antecedens ſubſtãtiuũ:ut Cicero cuius eloquentia prædicat: Et poſitũ inter diuerſa extrema cum eo conuenit qđ proprium eſt:ut eſt locus in carcere quod Tullianum appellat. Sin ambo extrema commũia ſint:cum utrouis poteſt conuenire:ut leo.qui uel quod animal eſt terribile.Relatiuum accidentis eſt illud quod refert antecedens adiectiuũ:ut ſapiens qualis ſocrates.hoc cum ſequenti fere extremo conuenit.ut noualia culta qualis hic fundus.Interdum & cum antecedenti:ut & putres mammæ equina quales ubera.Relatiua ſubſtantiæ ſunt qui:is:ipſe:idem: ſui:ſuus:alter:alius: reliquus:Cætera: Cæterum. Relatiua accidentis ſunt Qualis:quantus:cuius:cuias:quot:quotus. quæ quatuor modis in oratione ponuntur: interrogatiue : relatiue:infinite : & admiratiue.Interrogatiue.ut quantus eſt mons atlas.Relatiue.ut magnus uel tantus eſt atlas:quantus athos. Infinite ut neſcio quantus ſit. Admiratiue.ut Hei mihi qualis erat:quantum mutatus ab illo & ſic de reliquis.

¶Qualis eſt relatiuũ ſignificans qualitatem: cui rñdẽt nomina bonitatem.malitiam. colorem. & omnem qualitatem ſignificantia : ut qualis eſt neſtor?Sapiens:uel albus:qualis eſt eius mater.

¶Quantus eſt relatiuum ſignificans quantitatẽ cõtinuã: cui reſpondent noĩa continuã quantitatẽ ſignificantia:ut magnus:paruus:longus:breuis:& ſimilia:ut Pecinus eſt magnus quantus bernardus.

¶Cuius.a.um.relatiuum eſt poſſeſſiuum: cui poſſeſſiua nomina uel pronomina:uel primitiuorum genitiui reſpondent: ut pompeianus: cæſarianus:meus:tuus: Ciceronis: & ſimilia: ut cuium pecus? cuium puerum hic appoſuiſti? noſtrum: herilem: pamphili. Sed hoc in uſu apud ueteres tantum fuit:pro quo nunc utimur genitiuo cuius ut cuius ſeruus?cuius ancilla?cuius prædia?

¶Cuias eſt relatiuum gentile uel patrium aut ſectæ: Cui reſpondẽt noĩa gentilia uel patria uel ſectarũ:ut uenetus:italus:ſtoicus: Salũdianus:ut cuias ẽ neſtor?Italus:brixianus:uel ſalundianus:ſtoicus: cuias

eſt chiciolus. ¶ Quot omnis generis & pluralis numeri relatiuum ē
numerum ſignificans ſeu diſcretam quantitatem: cui numeralia no
mina reſpondent duo: tres: quattuor: decem: centum: mille: & huiuſ-
modi: ut mille hominum ſpecies: quot & piſciũ. ¶ Quotꝰ. a: um. rela
tiuum eſt ordinatæ quantitatis: Cui nomina ordinalia reſpondent:
ut primus: ſecundus: tertius: decimus: Vigeſimus uel uiceſimus: & ſi-
milia, ut quotus ē Neſtor inter ſedētes? quintus: quotus & cæſar in-
ter ſtantes. Et quota hora noctis cædes facta ſit prætor inquirit. Et
diſpoſitis imaginibus quoto quoquo loco unamquanq; locauerim
memoriter dicere poſſum. Eſt etiam quum numerum ſignificat: ut
quot: & uel nullum antecedens: uel numerale tantum refert. Horati-
us. Scire uelim chartis præcium quotus arroget annus. Martialis.
Scis quota de lybico littore puppis erat; Plinius. Murium ircuſculis
fibræ ad numerum lunæ dierum in menſe. Congruere dicuntur: to-
tidemq; & inueniri, quotum lumen eius ſit. Interdum autem quanti-
tatem continuam ſignificare uidet. Lucanus. Pars quota terrarum.
Ouidius. Pars quota lerneæ ſerpens eris unus echidnæ. Iuue. Quota
portio fecis acheæ. Mar. Iſta tuæ Cæſar quota pars ſpectatur hare-
næ; In quibus omnibus quota pro quanta: uel mima exponi poteſt:
In qua ſignificatione Columella uſus fuiſſe hac dictione totus tan-
quam illius redditiuo uidetur: libro ſexto. quum dixit. Quotcun-
que pedum ſpacia facienda cenſueris, totam partem longitudinis
& latitudinis duces. Poſſumus etiam loco omnium relatiuorum ac-
cidentis ſemper uti hac particula ut: uel ſicut, ut ſum albus: magnꝰ:
uenetus: ceſarianus, uigeſimus: & uideo decem homines: ut uel ſicut
tu. ¶ Quotuplex: quotuplus: quotennis: quotenus. & quæ alia non-
nulli addiderunt. præterimus cōſulto: quum nuſquam apud doctos
lecta ſint: nō tollentes propterea: quin & nomina ſint ſpecies. aut for
mas referentia: ut ſimplex: duplex: triplex: multiplex: Et pondus uel
menſuram ſub ratione numeri: ut ſimplus: duplus. triplus: decuplus:
centuplus: Et quæ diuiſiua appellantur: ut ſingnli: bini: terni: quater-
ni: quini: ſeni: deni: uiceni: centeni: & quæ annos reddant: ut biēnis:
triennis. quinquennis: decennis: quanquam anniculus: bimus: trimꝰ:
quadrimus: meliꝰ q̄ uniennis. biennis:, triennis quadriennis dicitur.

De Diſtributiuis.

DIſtributiuum eſt ſignificatæ rei diuiſiuum:ul' Diſtributiuum eſt per quod diſtributio fit. Eſt autem duplex: uniuerſale: ut omnis: cũctus:quiuis: quiſque: quiſquis: quicunque:quilibet: nullus:nemo. Et perticulare: quod aut de duobus eſt tantum: ut alter: uter: uterque:alteruter:uterius:uterlibet:utercũque: ambo: neuter:Aut etiam de pluribus:ut quis:quidam:aliquis:quiſnam:quiſputas: alius qſpiã. Diſtributiua plurales genitiuos:uel ablatiuos cũ præpõnibus.e.ex.de. Vel etiam ſingulares collectiuorum nominum accipiunt ut nemo eorum:uel ex iis.quidem eius familiæ:ul'ex ea familia. horum Interrogatiua ſunt: quis: quæ: quod de duobus: & de pluribus: Et uter utra utrum: de duobus tantum: ut quis ueſtrum adeo temerarius? Et Cæſar & Pompeius prouintiam petunt: uter eorum obtinebit? De duobus item prius & potius eſt: De pluribus primum: & potiſſimum. Aduertendum ẽ autem ne diſtributiuis aut partitiuis: quæ fere eadem ſunt: addamus genitiuum alium ſingularem:q̃ nominum collectiuorum.Nec dicamus: qualibet uel uterque petri & martini mihi aduerſaſ:quod ineruditorũ eſſet. ſed quilibet uel uterq; petrus & martinus:ut apud Terentium.uterq; pater & mater ſtabat ante oſtium.ſimiliter uter Cæſar an caſſius fuit iuſtior?Nõ autem uter cæſaris aut caſſii. Et alteruter cæſar aut pompeius euertet patriam:non autem alteruter cæſaris uel pompeii: ubi etiam notandum eſt. alteruter non eius eſſe ſignificationis quam indocti putant:hoc eſt ſignificare modo unum modo alterum:ut uulgo aiunt: ſed aut unum: aut alterum?ut apd̃ cor.celſum:ſi in alterutrum latus manus prolabitur:in contrarium ideſt aut ad pollicem: aut ad minimum digitum conuertitur.

De patronymicis.

PAtronymicum nomen eſt quod a propriis nominibus patrũ uel auorum deriuatur: ſecundum formam græcorum:a quibus fere ſunt patronymica:Quibus maxime poetæ uti ſolẽt filióſq; uel nepotes:aut filias uel neptes eorum unde deducitur ſignificat:ut æacides:ideſt filius uel nepos æaci.Nereis filia uel neptis nerei. Abuſiue & a matribus fiunt patronymica: ut iliades: ilie filius: romulus: Ab auis maternis: ut atlantides. ideſt Mercurius atlantis filiæ filius: A regibus ſiue conditoribus urbium:ut romulidæ .i. romani: a romulo. A fratribus:ut phætontiades .i. ſorores phætontis.

Duplex eſt patronimycum: maſculinum ſcilicet & fœmininũ: Maſculinum in prima declinatione formatur a genitiuo: mutata.e.extrema littera in .des. & remanente .a. quæ in diphtongo erat: ut æneas æneæ æneades: pelias peliades. Corinetes tamen corinetides facit. & Anchiſiades atque ænides quaſi a nominatiuis Anchiſius & æneus leguntur. A nominibus ſecundæ declinationis quorum genitiuus in.i. ſimplex finit. addita.des.fiunt patronymica: ut priãus priami: priamides. In iis uero quæ duplex.ii.habent poſterius .i. uertitur in a. & additur des.ut Menetius menetii menetiades. Quæ autem ei. finiunt: uertunt. ei.in.i. longum: ut peleus pelei pelides. At in tertia declinatione.formantur a datiuo addita des. ut Hector hectoris ori. hectorides. Poetæ tamen in quibuſdã nunc addunt aliquas litteras: ut atlãtiades: peliades: Nunc adimunt ut deucalides: ſcipiades. Patronymica fœminina in tribus legunt poſitionibus.as.is.ne. In as.& is.ex maſculinis fiunt.de. ſyllaba ſublata: ut peleiades pelias. priamides priamis. Aeneades quoque ſecundum analogiam æneas debuit facere. ſed Virgilius autoritate ſua uſus æneis dixit ĩ inſcriptiõe libri. Quorum autem primitiua.ei.genitiuum habent.ea idipſum reſumunt: ut theſeis: quod & in æneis dici poſſet tanquã a primitiuo æneus ænei. In ne.definentia pauca inueniuntur: ut Nereus nerine. adraſtus adraſtine. Acriſius acriſione: unde poſſeſſiuum fecit Virgili⁹ Acriſioneus. Patronymica maſculina ſunt declinationis primæ. Fœminina uero ĩ as.& is.tertiæ. In ne primæ: quemadmodum phœbe.

De Participiis.

PArticipium quod a capienda nominis & uerbi parte dicitur nullum ante ſe caſum regit: quemadmodũ & nulla alia pars orationis præter uerbũ. Poſt aũt oẽs caſus accipere põt quos regit uerbũ unde naſcit. A uerbo actiuo duo deſcendunt pticipia: Vnũ in ans.uel in ens.qđ pñtis & preteriti impfecti tpis eſt: ut amans & legens. Alteruꝫ futuri in rus.ut amaturus: & lecturus. A paſſiuis ſimiliter duo: Vnum in.tus.uel.ſus.uel.xus.qđ preteritipfecti & pluſquãpfecti temporis eſt: ut amatus: uiſus: nexus. alterum in dus. futuri tẽporis: ut amãdus. A neutris item duo ut ab actiuis: ut obtẽperãs

obtemperaturus:ſeruiens ſeruiturus.Sunt tamen quædā neutra quæ etiam præteriti habēt participium: ut neutropaſſiua. gaudeo. ſoleo. audeo.fido.Nam fio unum tantum præteriti temporis habet factus. fiens enim in uſu non eſt facturus a facio naſcitur.Faciendus licet ſit ſignificationis paſſiuæ : formatur tamen a faciens participio actiuo. Futurus autem potius a uerbo ſum es fit:a fui ſcilicet: quod compoſita īdicant:Adſum affui affuturus:deſum defui defutur⁹: & reliqua: quanquam alii a uerbo antiquo ſuo deriuari putant.Neutra tranſitiua quum in tertiis perſonis paſſiua habere poſſint.participia quoque paſſiua habere poſſunt:ut arans: araturus: aratus: arandus. ❡ A uerbis deponentibus tria ſunt participia: ut ſequens: ſecutus: & ſecuturus. Ex quibus multa participia præteriti temporis inueniuntur apd̄ ueteres utranque ſignificationem habentia: ut a meditor meditatus. ab obliuiſcor oblitus. Participia item in .dus. paſſiuæ ſignificationis inueniuntur in uerbis deponentibus caſum accuſatiuum habentibus poſt ſe:ut ſequendus imitandus. Ab utor quoque utendus inuenitur.& a fruor fruendus.❡ A communibus uerbis quattuor exeunt participia.Duo in actiua ſignificatione in.ans.uel in ens præſentis.& præteriti imperfecti temporis:ut Criminans & largiens: Et in rus. futuri:ut criminaturus:& largiturus.In paſſiua unum in dus. futuri tēporis:ut criminandus: & largiendus. unum tam actiuæ q̄ paſſiuæ ſignificationis præteriti temporis:ut criminatus largitus. ❡ Formantur autem participia hoc modo.Participium in ans uel in ens.formatur a prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi : mutata bam.uel.bar ultima ſyllaba in ns.ut amabam amans.ſeruiebam ſeruiens.ſequebar ſequens.largiebar largiens.præter eo ibam: quod nō ī ns:ſed iens euntis facit:quod iens in nominatiuo præterquam in cōpoſitione raro eſt in uſu.& queo quis quibam:quod facit quiens queuntis.In rus.formatur a poſteriore ſupino:addita rus.ut amatū amatu amaturus.ſeruitum.tu.ſeruiturus. ſecutum.tu. ſecuturus. largitū tu.largiturus.In tus.uel in.xus.uel in.ſus. formantur ſimiliter a poſteriore ſupino:addita.s.ut amatus:gauiſus:nexus: ſecutus: largitus. A morior tamen fit mortuus:quum deberet facere moritus:ſecundum analogiam:quia ſupinat moritum moritu.In dus formatur a geniti uo participii præſentis temporis:mutata tis:in dus: ut amans .tis.tis.

in dus.fit amandus.arans.tis.arandus.ſequens.tis.ſequendus. largiēs
tis.largiendus.Sciendum eſt autem ꝙ uerba carentia ſupinis nō poſ
ſunt habere participia in.tus. ſus. xus. uel rus. carent autem ex Acti
uis multa:ut.
Reſpuo compeſco.timeo.fugit.urgeo.poſco.
Et ſcabo cumq̧ ferio ſugo.paueoq̧:refello:
Et lambo:renuo.linquo.metuo ſimul ango.
Ex neutris item multa:ut
Srideo uel ſtrido.cum ferueo.luceo.dego.
Sterto.mico pſallo.conniueo:frigeo.creſco.
Et conquiniſco ſatago.uolo.ſorbeo.uergo.
Parcit & ignoſcens.fulget.rudo.ambigo.gliſco.
Cum meditatiuis.in.ſco.ſic Moereo:diſco.
Et quæ prætereunt in.ui.tibi neutra ſecundæ:
Exceptis.pla.no.ca.ua.pa.do.me.ta.li.o.pa.
Carent & ex deponentibus nonnulla.
Vt medeor.liquor.ueſcor.liceor.& reminiſcor.
Sunt etiam quædam participia uel incertæ originis :uł contra artem
tum a neutris:tum ab aliis uerbis uſurpata a maioribus noſtris.
Vt cœptus:fretus.perteſus.nuptaq̧.paſſus:
Erratus.caſſus.pranſus.regnatus.& oſus.
Atq̧ triunphatus:ſuetus:decurſus:& illis
Cœnatuſq̧:laboratus:iuratus & Adde:Quæ nos quoq̧ proferre poſ
ſumus:ſed non a ſimilibus noua confingere.
¶Sunt & Appellationes participiis ſimiles:ut præſens:euidens: toga
tus:trabeatus:inuiſus:uenerandus: tremendus:horrēdus: pudendus.
¶Participia uero uel actiuæ uel paſſiuæ ſignificant. Actiuæ quidem
illa quæ a uerbis ueniunt rem agentem in nominatiuo accipiētibus:
ut pranſus:ſecutus.paſſiuæ cætera:ut gaudens:gauiſurus: Vapulans
uapulaturus.¶Participium in ſubſtantiæ relatiuum reſoluit & uer
bum ſui temporis:ut amans.qui amat uel amabat.amaturꝰ qui ama
bit amatus quem quis amauit uel amauerat . amandus qui amabi
tur. ¶Si ergo proponatur thema in ſenſu participii qđ nō īueniat:
aut ſenſui uerbi non conueniēs: fiet latinum per relatiuum & uerbū
eius temporis:ut el batuto da ti teme el noſuto da mi.Is qui a te ua

pulauit eum timet cui ego nocui.

¶Propoſitum autem thema in conſequentia uel comitantia impedientibus dictis cauſis: fiet latinum per cauſales particulas quia quoniam: uel per aduerbia temporis quum: dum ubi: poſtquam: & uerbum. ut Venuto el caldo & rencreſſendome la fatica io mi do al riposo: Quum calor uenerit:uel quia uel ubi: aut poſtquam calor uenit:quumque me tedeat laboris: aut quum mihi labor ſit moleſtus: ocio utor. ¶At ſi participium in propoſito ſenſu inueniatur: participium ipſum cum ſuo ſubſtantiuo in ablatiuo locabitur. ut lette le lectione & hauēdo fame i ſcolari:el maiſtro li laſſara andar a caſa.lectis lectionibus: eſurientibuſque diſcipulis: preceptor illos ſinet ire domum. ¶Participium quattuor modis tranſit in nomen: Conſtructione quum genitiuum præter uerbi naturam accipit:ut patiens laboris. Compoſitione ut indoctus: quia indoceo non dicimus. Comparatione ut diligentior.nam comparatio non accidit participio. Tēporis amiſſione ut uenerandus.ideſt dignus ueneratione.

De Verbis Inchoatiuis.

INchoatiua uerba ſunt quæ in ſco. deſinunt: & non in .ſco. ut omnes fere grammatici co nſenſerunt.& inceptionem quandam actus corporis ſignificant: ut uiſo.i.eo ad uidendum. faceſſo.ideſt eo ad faciēdum: quanquam interdum faceſſo capitur pro recedo.Capeſſo ideſt eo ad capiendum. Accerſo uel Arceſſo.ideſt eo ad uocandum. ¶Quæ omnia neutra ſunt: & tertiæ coniugationis. Et pro ſuis primitiuis plerunque etiam ab autoribus uſurpantur. ut legati miſſi ſunt uiſendi cauſa.ideſt uidendi.& haud mora continuo matris præcepta faceſſit.ideſt facit.

De Verbis Meditatiuis.

MEditatiua uerba:quæ & exercitatiua appellari poſſunt. ¶Nam Meditari eſt exercere: ut ſilueſtrem tenui muſam meditaris auena:Et uide utrum uelis:pecuniam accipere:an cauſam meditari tuam:Ea ſunt quæ deſinunt in.ſco. Et meditationem

ſeu exercitatio nem quandam cum incremento aſſiduo atque conti-
nuo ſignificant. poſſuntque explicari per uerbum augeor: ut cale-
ſco: ægreſco: maceſco: palleſco:ideſt in calore in ægritudine in ma-
cie in pallore meditor & exerceor: uel augeor. Non autem incipio
calere pallere: & cætera. Nam huiuſmodi uerba nullam inceptio-
nem ſignificant: ut plerique grammatici dictitarunt. Formantur
autem a uerbis cuiuſcunque coniugationis a ſecunda perſona præ-
ſentis indicatiui addita .co. ut labo .as. labaſco.ferueo .es. ferueſco.
Gemo .is. gemiſco. Scio .is.ſciſco. præter hio.as. quod facit hiſco.
Multaq; ex huiuſmodi uerbis pro ſuis primitiuis ponuntur. ut præ-
ſciſco. pro præſcio.conticeſco pro conticeo.concupiſco. pro cupio.
Et paſſionem intrinſecus pleraque ſignificant horum præterita ea-
dem ſunt quæ & primitiuorum. Differunt autem in ſignificatione.
Nam macrui a macreo ſignificat macer fui. A maceſco autem macer
ſum factus:uel in macie auctus.& ſic reliqua.

De Verbis Deſideratiuis.

DEſideratiua uerba que & optatiua dici poſſunt in.rio.exeunt
non meditationem ullam ſignificantia: ut multi grãmaticæ
expoſitores putauerunt: ſed affectum & deſiderium: ut par-
turio: ideſt cupio parere. eſurio cupio edere. dicturio cupio dicere:
Quæ formantur ab extremo ſupino addita.rio ut a coenatu coena-
turio. A cacatu cacaturio. Et omnia neutra ſunt & quartæ coniuga-
tionis: Ex quibus multa pro ſuis primitiuis ponuntur.ut parturient
montes.pro parient.& micturiunt.pro mingunt.

De Verbis Frequentatiuis.

FRequentatiua uerba ſunt: quæ frequẽtem in agendo actum
ſignificant. ut moto ideſt frequenter moueo. merſo.ideſt fre
quenter mergo.ab aliis autem iteratiua appellantur. Et for-
mantur a ſupinis extremis mutata.u.in.o.uel .i.or. ut domitum .tu.
domito.menatũ.tu minitor. Si uero primitiua ſunt primæ cõiuga-
tionis mutãt.a.litterã penultimæ ſyllabæ i .i. correptã. ut iperatu i-
perito.coenatu coenito.uolatu:uolito. At ſi ptĩm i.gi.habeãt:formã
tur a ſcda pſona pſentis ĩdicatiui: remota.s.& addita.to.ut cogo .is

cogito.ago agis agito.ſugio.is.ſugito. lego autem non legito facit: ſed lectito:a uerbo lecto quod in uſu non eſt.Sciendumque eſt Multa irregulariter formari:ut a quæro qrito. ab hæreo hæſito. ab edo eſito.a uenio uentito.a fluo fluito.a ſequor ſector. Et omnia frequẽtatiua primæ ſunt coniugationis.& genus ſeruant ſuorum primitiuorum.ut minor.aris. Minitor.aris. Amplector.eris. Amplexor.aris. Curro.is. Curſo as. præter ſcitor ſciſcitor quæ ſunt deponentia quã uis primitiuum ſcio:actiuum ſit.

De uerbis Diminutiuis.

Diminutiua uerba ſunt quæ ab aliis uerbis formata in Lo/ de/ ſinunt. Et continuationem quandam actus ꝑ parua tẽporis momenta ſignificant: ut ſorbillo.ideſt quaſi ſæpe guſtando ſorbitionem & potum continuo: ut apud Terentium: Cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem. Sic & ſugillo a ſugo .is. plerunqꝫ etiam pro ſuis primitiuis ponuntur.

De figuris.

Figura eſt quædam in oratione innouatio compoſitioni ſenſuique apte deſeruiens: Eaque eſt duplex: Verborum quæ ad grammaticos pertinet.Et ſententiarum quæ ad rhetores. ¶Grammaticæ figuræ uel in ſingulis uerbis ſunt:uel in uerborum contextu. ¶Figurarum in uerbis conſiſtentium ſpecies ſunt quattuordecim.Proſtheſis.Epétheſis.Paragóge. Aphereſis.Syncopa:Apocope.Ectaſis.Syſtole.Diereſis.Sinæreſis.Synaloephe. Ecthlipſis.Antitheſis Metatheſis. ¶ Proſtheſis eſt adiectio ad principium uerbi: ut gnatus pro natus. Epentheſis eſt adiectio in medio: ut induperator pro imperator. ¶ Paragoge eſt adiectio in fine: ut dicier pro dici. ¶Aphæreſis eſt detractio de princi pi o uerbi: ut legitis pro colligitis. ¶Syncopa eſt detractio de medio: ut repoſtum pro repoſitum. ¶ Apocope eſt detractio de fine: ut fac pro face. ¶ Ectaſis eſt extenſio breuis ſyllabæ: ut Italiam fato: quum italia primam naturaliter corripiat. ¶Syſtole eſt correptio longæ ſyll abæ: ut nymboſus orion: quum primam orion naturaliter producat. ¶Diæreſis eſt unius ſyllabæ in duas ſolutio:ut aulai pro aulæ. ¶Synæreſis ẽ

duarum ſyllabarum in unam contractio: ut æripedem pro æripedē.
¶ Synaloephæ eſt quum dē fine uerbi uocalis propter aliam ſequen
tem eliditur:ut Menincoepto pro me ne incoepto.
¶ Ecthlipſis eſt eliſio.m. litteræ cum præcedente uocali de fine uer-
bi propter ſequentem uocalem:ut multille pro multum ille.
¶ Antitheſis eſt litteræ pro littera poſitio:ut olli pro illi. ¶ Metathe
ſis eſt litterarum tranſpoſitio:ut tymbre pro tymber. ¶ Figuræ ī uer
borum contextu celebriores ſunt octo.Prolepſis.Syllepſis. Zeugma.
Syntheſis.Antiptoſis.Euocatio.Appoſitio:& Synecdoche.

PRolepſis quæ latine dicitur præſumptio eſt attributio ꝓprie-
tatis alicui toti in ſuas partes diuiſio: ut aquilæ uolant: hæc
altius:illa demiſſius:& homīes ıuident alter alteri. In prolepſi
requiruntur quinq̨.totum:partes eius.Determinationes partiū. pro-
prietas.& ordo.Duplex autem eſt prolepſis:explicita:& implicita. Ex
plicita eſt illa in qua ſunt omnia requiſita: ut in primo exemplo. Im-
plicita uero in qua tacentur aliqua:ut in ſecundo exemplo.

SYllepſis eſt inter diuerſas in aliquo accidente dictiones uerbi
uel adiecti nominis redditio propinquiori aut nobiliori ter-
mino reſpondens.Vel Syllepſis eſt diſſimilium in contextu uo
cum aut genere aut numero aut perſona aut caſu ſub uno uerbo uł
adiectiuo conceptio:Genere quidē: ut leges & iudicia armis oppreſ-
ſa.Numero:ut hic illius arma hic curr⁹ fuit: & ſociis & rege recepto.
Perſona ut id uiſo:tu ne an illi īſaniant.Caſu.ut Iphitus & pelias me
cum diuel limur inde.

ZEugma eſt unius uerbi redditio pluribus clauſulis apte: ideſt
ſine ulla uocum diſſonantia ſeu īcongruitate deſeruiens. Fit
autem tribus modis. A ſuperiore quum unum uerbum præ-
ponitur : ad quod ſequentes ſenſus conferantur:ut uicit pudorē libi-
do:timorem audacia:rationem amentia.A medio quum uerbum in-
terponitur: ut Fluminibus ſalices craſſiſq̨ paludibus adni. Naſcunť
ſteriles ſaxoſis montibus orni.Ab inferiore quum uerbum poſtponi-
ur:ut obſequium amicos:ueritas odium parit.

SYntheſis eſt uocum diſſonantia ſenſus proprietatē retinens:
ut ſcelus ille quæ loquitur: & pars certare parati. Fit autem
in duobus accidentibus. In genere ut anſer foeta: & ī nume-

ro: ut pars in fruſtra ſecant.

A Ntiptoſis eſt poſitio caſus ꝓ caſu:ut urbem quam ſtatuo ue ſtra eſt. & it clamor cælo.

E Vocatio quæ græce eccleſis dicitur. eſt primæ. ſecundæ ue perſonæ proprii nominis adiectio:ut ego Virgilius cano: tu Cicero oras.

A Ppoſitio. quæ græce epithece ſiue Paratheſis dicitur eſt nominis ad nomen ſine Copula coniunctio:ut ardebat alexim Delitias domini.Debentq́ appoſitum nomen & cui apponiť eiuſdem caſus eſſe:at non ſemper eiuſdem generis aut numeri: ut fama malum quo non aliud uelocius ullum.Et miratur molem æneas magalia quondam.

S Ynecdoche eſt redditio totius ad partem per accuſatiuū uerbo participio uel adiectiuo nomini contra regulam iunctū: ut expleri mentem nequiti:& uultum demiſſa:& os humeroſq́ deo ſimilis.

Infiniti uerborum Copulatiuorum Conſtructio:

N Ota ꝙ infiniti omnium uerborum perſonalium de ſui natura accuſatiuum requirūt a parte ante:ut me amare Virgilium legi:te uapulare:ſtudere:ſequi: amplecti. ¶ Sed uerborum Copulatiuorum Vocatiuorumq́ infiniti præter accuſatiuum naturaliter ut prædicitur requiſitum a parte ante explicite uel implicite:poſt ſe quoq́ ſimilem caſum exigunt. & explicite quidem: ut uideo te incedere lætum:Implicite uero:ut facile eſt ignarū exiſtimari.¶ Quod ſi adhæreant aliis uerbis inter eaſdem perſonas plerunq́ copulant caſus ſimiles caſibus illorum uerborum precedentibus: ut hic cupit eſſe tuus.tu affectas dici atque uideri inops: hæc optauit uiuere pauper.Cæſar tutum putauit eſſe bonus ſocer: Nobis non licet eſſe tam diſertis.Retinent tamen interdum & ſuos accuſatiuos: ut uobis expedit eſſe bonas: & tibi non licet eſſe procuratorem: in quibus implicite accuſatiuus ſubauditur: ut uos eſſe bonas: & te eſſe procuratorem: Exceptis uerbis famulantibus perſonaliter acceptis: quibus adhærentes huiuſmodi infiniti. nominatiuo tantum conſtruuntur:ut ego incipio fieri doctior:tu deſinis apparere triſtis: hic ſolet eſſe modeſtus. Nos iam poſſumus uiuere ſecuri.Si uero perſonæ uarientur:

accuſatiuum tantum utrinq; uolunt:ut uolo hunc eſſe quietum:mihi placet te appellari poetam. Non ergo recte dicit: Petri intereſt eſſe boni:quum nec petri regatur a parte ante. ſed a parte poſt: Nec infinitus eſſe de ſui natura genitiuum regat:ſed accuſatiuum:ut dictum eſt. Quapropter dici debet petri intereſt eſſe bonum:ubi alter accuſatiuus implicite ſubintellitur:ipſum ſcilicet:ut ſit:petri intereſt ipſum eſſe bonum. Quod autem ille genitiuus petri regatur a parte poſt:& non a parte ante: non ſolum Laurentii uallenſis latinæ elegantiæ nitidiſſimi abſterſoris autoritate patet: ſed hoc quoq; non minimo argumento: q omne uerbum nominatiuum regens illum præcipue & primum a parte ante exigit: ut patet in omnibus uerbis: Intereſt autem & refert nominatiuum regũt: ut i prima ſpecie imperſonalium actiuæ uocis oſtenſum eſt: igit nominatiuus ſiue infinitus qui eius loco ponitur:regitur a parte ante: & genitiuus a parte poſt.

De Orthographia ex Præpoſitionum Compoſitione.
Nouum Pyladæ Commentum.

A.abs.

Compoſitum Mauors petit.a.Contorqueo uult abs.
Amitto:auellens. Abſcedit:& abſtinet:abſq;.

.Ab.

Ab.ſibi uocales pariter coniungit. Abactus:
Atq; aberit:uel abhinc:abiurat:aborret:abundo.
Conſona nec refugit quæ Diſilanoriſa prændunt.
Abfuit: abduco:abrado:abluit abnuit:abſum.
Mutant.b.arripiens:aſportat:& aufugit:aufert.

Sub ob.

Confingit me pax.b.de ſub & ob ſibi mutant.
Succedo:occurro:ſuffixus:& offero monſtrant.
Suggerit:oggannit:ſummitit:& oppetit:atq;

Suppono. Abiicietꝗ operit:cui iungis omitto.
R.ꝗ ſequens retinet.ſubrado:uel obruo pandunt.
Interdum mutat.ceu ſurripit.Accipiunt.s.
Nonnulla.obſcoenus teſtabitur:obſoletuſq̃.
B.tenet obcæco.Nec cætera conſona mutant.
Subdit:& obduro:ſublatus:& obloquor:adde
Obtinet:obnitor:ſubnixus:ſubtraho.iunge
Vocales.ſubeo:ſubolet:ſubuerto:ſubactus:
Subiicit:obiurgo:uel obaudit:oberrat:obumbro.
Suſtineo a ſuſum fieri & ſuſpiro uidentur.

Ad.

Corfrangens lunam purum ſitit ad ſibi uertunt.
Aggerit:accedens:allidit:& annuit:affert:
Appetit:arridens:aſſurgit:& attrahit. Adſum
Continet. Exaperit fugit. Atꝗ agnoſco.g.ſeruat.
Conſona bina fugant.s.quum præcedit in illis.
Sic probat aſcendo:aſcribo:aſpergoꝗ:uel aſto.
ut acquiro.
In.c.qunm ſequitur.q.d.Cognatio uertit.
Cum reliquis manet:admitto uelut:adbibit:addo:
Aduocat:adiuro:atꝗ adolet:uel adhæret:adactus.

Con.in.

Par erit.n.Lamire.Con & in ſi conſocientur.
Ex.n.b.facit.m.uel.p.ſi forte ſequantur.
Colligit:illæſus:commito:immania.iunge
Corruit:irridens:& comparat:imbuit:impos.
Ex.n.g.facere ignoro & cognoſco requirunt.
Vocalis iacit.n.Cohibet:coit:atꝗ cohercet.
Hinc tamen & comedo:& comitor.comburoꝗ tollis.

Di Dis.

De gallis munus rus ius.di.iungere debes.
Digero:diduco:cum diligo:diminuoꝗ:
Diruo:dinumero:diiudico.Cætera cum.dis.
Diſtraho:diſcerno:diſquiro:diſiicientem:
Diſſero.Scito tamen primam breuiare diſertus.

F.q; ſequens trahit.s.ut differo:difficiliſq;.

.E.

Bardus iunge uolans numeris.E.compoſitum dic.
E bibit:educo:eiuro:egerit:euehit:atq;
Eleuat:enitens:emergit:& eripis adde.

Ex.

Ex.fugat.s.ſed &.x.mutatur in.f.uelut effert.
Integra uocalem.c.p.q.t.q; præibit.
Extruit.exanimes:exercitus:exitiumq;.
Exorno:exuro;exquiro:expulit:extrahit:excors.

Circum.

Circum.ſi bimipes ſequitur manet integra ſemper.
Baiulat:& munit:ponit ſic iungito circum.
M.ſed in.n.ſubeunt quum cætera conſona uertis.
Circundo:circunciſus:circunfero pandunt.
M.perit.i.quotiens ut circuit additur illi.

Pro.re.ſe.am.

Vocali immiſcent.d.pro.coniuncta.re.ſeq;.
Seditio:redimo:cum prodeo teſtificantur.
Pro nihil ut prohibet ſinit aſpiratio ſum
Am.ueluti âbeſus.b.interpoſuiſſe notetur.

Per.inter.

R.per & inter in.l.mutant quandoq; ſequentem:
Interdum retinent:intelligo:pellicioq;:
Perluit exemplo fuerint:interlitus adde.
Iuncta aliis remanent:ut percitus interimentes.

Pylades Ioanni Britannico ſuo. Sal. D.

Imbuere inſtitui Pylades quo Neſtora dulcem
Filiolum: teneris prorſus ab unguiculis:
Ne fera barbaries multos bacchata per annos
Hunc quoq; teutonicum donet habere ſophos:
Ad te (: quicquid id eſt:) facunde Britannice mitto
Quo non in toto eſt carior orbe mihi.
Vt tua: quæ ſemper communia pignora duxi:
Si placet: his ipſis inſtituiſſe queas

Pylades de nominum Declinationibus:

Prima Declinatio.

ARectum latiis gręciſq; inflexio prima:
As.es.e.q; dabit longam tãtummó gręcis:
A rectũ. Autor dicit q̃ttuor eẽ terminatiões nominũ priæ decliatiõis. A.tá i latis q̃ i græcis: ut tabula: he/léa. As.es.e.lõgá i græ. tm̃. ut æneas. ãchiſes. phœbe.
Diphthõgũ.æ.gtũs hẽt pariterq; datiuus:
Et primus pluralis idem quintuſq; tenebunt:
E tamen exceptis: quorum.es: genitiuus habebit.
E tñ exceptis. i. exceptis deſinẽtibus i. e. longam: ut phœbe phoebes
Am. quartus. recti uocalem. n. littera poſcit
In græcis: tamen. am. facient quoq; more latino
Recti uocalẽ. Dicit q; nomina græca proprie faciũt accuſatiuũ i. n. præcedẽte uocali nominatiui ut helenan: æneã: anchiſen. phœben: quãuis etiã ipſa græca poſſint facere & i. am. more latino: ut helenã. æneã: anchiſam: ſcipiadã. E. demptis. i. exceptis deſinentibus in. e. lõgam. quæ non faciunt in am. ſed in en. tantum: ut phœben.
E demptis. a quintus erit: cui iungito ſextum:
Qui tamen. es. rectus quum finiet. e. quoq; præſtant.

ut uocatiuo o phœbe.ablatiuo ab hac phœbe.
E quibus incœpit caſu ſeruatur utroq;.
Arum.pluralis:niſi ſint conciſa:ſecundus:
Tertius.is.ſextuſq; tenet.dea:filia:nata:
Mula:æqua:liberta:ex uſu formantur in abus.
Illud idem inuenias aſinam ſeruamq; tenere.
.i.pluralis.
Hiſq; duæ numeri infiniti iungis:& ambæ.
Nec plura his cernes:uetito niſi forſan ab uſu.
Vetito.i.niſi forſan ex malo aliquorũ uſu:q uetit⁹ eẽ debet doctis:
Pluralis dabit.as.quartus.ſic prima pateſcit.

Secunda declinatio.

SVnt.er.ir.ur.ſunt.um.ſunt.us.finita ſecundę
ut theſeus.delos.athos. .i.ad latinos.
Noĩa:& a græcis.eus.os.tranſmiſſa latinis
ut minos.oos.heros.oos.quia talia ſunt tertiæ declinationis.
Os modo apud græcos creſcentia maſcula non ſint.
I.generans caſus:primusquintuſq; tenebit
ut theſeos.
Pluralis.ſed & eus.eos.accipit in genitiuo.
ut delus.li.chaus.i.melus.li.
Os.nihil.us.latium pœnitus niſi rectus habebit.
Tres caſus:rectum:quartum:quintumq; requirunt
ut ſcãnum.melos.argos.chaos.corpus.ut ſcamna corpora.
Neutra pares:ſed in.a.plurali tradita ſenſu.
hoc argos plural'r argi.orum.cælum.cæli.epulum epulæ.
Quæ tamen.a.fugiunt heteroclita nomina tollis.
Tertius.o.faciet.ſextus coniungitur illi.
ut datiuo huic orphi.pro orpheo.
Contrahit.eus.ſed in.i.pariter quandoq; datiuum.

Vllus:uter:nullus:totus ſimul:unus:& alter:
Atq; alius:ſolus:faciunt in ius genituos:
.i.datiuum.
I dantem.reliquos formant ut cætera caſus.
Quartus in um ſiſtit.ſed ab eus.a.ſæpius eſto.
ut delon.paron. ut priamon.
Os facit.on.ſic græca ſuum quoq; plurima ſeruant.
Et paron exemplo:priamonq; & dardanon adſint.
Quintus ab.um.uel ab.r.uel ab.os.recto ſimiletur.
A propriis in ius.quintum facis.us.remouendo.
ut theſeus.panthus.
Filius id ſequitur:ſed in.eus.us.q; ædita longam.
S.tantum abiiciunt quæ nomina græca tenemus.
Cætera conuertunt.us.in.e.deus excipiemus
Et populus:fluuius:quintum equiparantia recto.
Plurales.orum.dicas finire ſecundos.
ut amicum pro amicorum.
Or.tamen e medio fiet quum ſincopa.tollet.
Is.recipit ſexto ſemper comitante datiuus
Os.quartus.iamq; eſt inflexio nota ſecunda.

Tertia Declinatio.

ut thema.
TErtia flectit in.a.tantum neutralia græca:
Et qd.e.correptum finit:quod i.o.ſimul exit.
L.uel.r.s.n.&.x.aut in.c.definit:aut.t.
D.quoq; præcedat quæuis iam littera dictas.
Cunctorum genitiuus in.is.formatio multa.
ut thema.tis. ut mare.is.
A.ſibi.tis.iungit.uerum.is.deducitur ex.e.

O.breue uel longum recti mutabis in.onis:
Ex.o.fœmineum dat inis.do.go.q; latinum:
Sic homo:ſic nemo:margo:deus atq; cupido:
Cardoq;:& ordo facit:ſic turbo uentus:apollo:
De caro carnis habes.anio dabit.atq; anienis:
Accipiunt quæ græca genus muliebre notato.
Nunc.onis.latiisq; pares facientia caſus:
Nunc ſimiles rectis alios:ſed in.us.genitiuos:
Sic te callipſo:manto:ſaphoq; docebunt.

Accipiunt:Quia ſupius dedit regulã de fœmininis ĩ.o. latis. Nunc dat de fœmininis græcis:q̃ dicit declinari poſſe:ul' ſicut latia ĩ onis faciẽtia:ut dido didonis.oni.onẽ.&c.uel ipſa noia ita flecti poſſe:ut gtũs tm̃ in.us.faciat.reliqui aũt oẽs caſus in.o.ſicut ntũs.

Tis.recipit ſibi lac.alecis protulit alec.
Bogudis & bogud:quo nomine liuius uſus.
Quod fit in.l.capit.is.ſed.lis.mel felq; rependunt:
ut titan.anis.ren.renis.
N.quæ producunt.is.tantum ſumere cernis:
ut demophon.tis.
Tis.tamen autores propriis iunxere quibuſdam.
ut pan panos.
Os.quoq; ab argiuis ſumpta:ſed parcius uſi.

Os quoq;.Conſtrue ſic.Autores uſi quoq; hac termiatione.os. ſumpta ab argiuiſ.i.a græcis.ſed parcius.i.raro tamen.

Quod breuiat dat.inis.probat hoc carmen tubicenq;.
Is:poſt.r.iungas.far farris demitur.hepar
Hepatis:& flexum per.cris.cer mobile:ut acer.
Ex itiner quod prodit iter dabit.is.genitiuo.
Crateris faciet crater.atq; ætheris æther.
ut pater patris.
Iupiter atq; iouis.Vertunt.ter.cætera per tris:

Bris.cum compoſitis imber dat.cor quoq; cordis:

Robur.oris.femur.atq; iecur coniungis:eburq;.

ut pietas.atis.arpinas.atis.

Ex.as.efficiunt.atis.quæcunq; latina.

Vas uadis:& uaſis.mas:as:maris.aſſis habebunt.

Græca notes:quorum maribus formatur in.antis.

Græca.Dicit q nomina græca in.as.maſculina faciunt genitiuum in antis.ut pallas.antis.nomen proprium uiri.& adamas.antis.

Dis reliquis uel.doſ.coniungitur.s.remouendo.

Dis reliquis.Dicit q alia in.as. græca non maſculina faciunt gtm̄ i dis.uel in dos.more græce:remota.ſ.nomiatiui.ut hæc pallas adis. uel dos.hæc tribas.adis.uel.ados.hic & hæc arcas.dis.uel dos.

ut ſtipes.itis. ut miles.itis.

Es.breue maſ.retinens dat.itis:communia iunge.

Quæ dant uerba quibus tenet.e.penultima curtam

ut teres.etis.hebes.etis.

Es.mutant in.etis.præpes ſociabitur illis.

ut ſeges.etis.

Et quæ fœmineum retinent genus.inquies adde:

De ſedeo præbebit.idis.quod fiet:ut obſes.

ut proles lis.

Quod tenet.es. longam conuertit in.is.locupletis.

Et cereris demas.heres merceſq; dat.edis.

Et præs:peſq; ſimul.ſed.ies.complebit.ietis:

quod facit apis. ut bipes pedis.

A pede præter apes:faciunt pedis omnia ducta:

Aes æris.Patriis quæ.t.tenuere ſecundis.

Sæpius.etis.habent.adeunt quum græca latinos

Vt chremes chremis chremetis.ſic quoq; rhamnes.

Patriis.Dicit q nomia græca in.es.longã deſinentia quæ apud græcos habent.t.in genitiuo:quando ueniũt ad latinos ut plurimũ fa.

ciunt genitiuum in.etis.ut chremis chremitos chremes .etis. rham-
nis.nitos.rhamnes.etis.& dicit ſæpius:quoniam etiaꝫ poſſunt face-
re in.is.per primam regulam.ut chremis.rhamnis.

Inuenies & in.i.ut chremi quodcunq; & achilli.

Inuenies. Dicit ꝙ inueniuntur etiam autores iterdum uſi genitiuo
nominum ſupraſcriptoꝝ græcorum in.i.ut chremi. quo utitur te-
ren.& nō ſolú dictoꝝ noium hñtiú.t.apud græ.i gtō: ſed ét alioꝝ
i.æs.longá apđ nos.exeuntiú lꝫ nō héant.t.in gtō:ut achilles:achil-
li:ulyſſes ulyſſi:q̇ apđ græ.nō hñt.t.in gtō.ꝑpterea dicit quodcũq;.

Quæ breuis eſt recto.ſimilem creat .is.genitiuum.
Caſſis.idis.lapis.& cuſpis facit:atq; tricuſpis.
Semiſſis ſemis:medium quum denotat aſſem.
Par eſt exanguis:ſed.inis.tibi ſanguis habeto.

Si græci.Dicit ꝙ noia græ.i.is.a latis recepta : quoꝝ gtús apđ græ.
hét uocalé añ.s.fina. ſyllabã: apđ nos faciút gtúꝫ ſimilé ntō:ut ado
nis.ios.adonis.is.ſic tethys.yos.tethys.ys.Si uero nō habeát uocaleꝫ
ante os.tunc uertunt os.græci geti in.is. & faciunt gtm̃ apđ nos:ut
paris.dos.paris.idis.ſimois ſimoentos.ſimois ſimoentis.

Si græci uocalis in os.præſit genitiuo.
Par recto fiet latio quum traxeris illum.
Sin minus.o.conuertis in.i.ſtant cætera græce.
Exemplo tibi ſint.paridis ſimoentis.adonis.
Ipſam etiam uideas formam quandoq; pelaſgam

Ipſam etiá.Dicit ꝙ interdú etiá latini utunt gtō græ.in os.ut tethy
os.paridos.adonidos:qa adonis græ. facit gtm̃ nō ſolum adonios:
ſed etiá adonidos.& ſic paris.dos.& etiá parios. ideo poſſunt quoq;
accuſatiuũ facere in.em.& in.a.ut paridē:uel.da. a gtō paridos: & i
im.uel in.in.a.genitiuo parios:ut parim:uel parin. nam græce accu
ſatiuum faciunt in.a.ut parida:uel in.in.ut parin.adonin.

Quod dat er.is.q; ſimul recto.tenet er.uariando.
Quum longa eſt.dabit is.itis.glis gliris habeto.
Os oris.tibi mas format.ſed tolle nepotis:

Cætera.tis.faciunt.glos.gloris:& arboris arbos
Excipe:cuſtodis:bouis:atq; os oris & oſſis.
Os.græci in maribus mutamus in.is.genitiui.
Herois ueluti:minois:rhinocerontis.

Os.græci. Dicit autor q nomia græca in.os. terminata maſculina, faciunt genitiuū noſtrum.mutando ſolum.os. ſyllabam extremã genitiui.græci in.is.ut in exemplis additis.

Vs.breue quum fuerit dat.oris.neutrale.ſed inde.
Lus.nus.duſq; trahis:quibus &ſunt proxima uerba
E.quibus eſſe breuem conſtabit in ante ſupræma.
Nanq;.eris.accipient.aceriſq; acus additur illis.
Tempus.oris.faciet pariter cum fœnore pignus.

ut melius.oris.

Non breuiat tribuens quod in.us.tibi comparat.oris.
Nec uirus flectas:leporis lepus hic retinebit.
Intercus genus omne tenens dat.utis.genitiuo.
Et pecus hæc pecudis.uerum.us.producta dat.utis.
Demis & incudis:telluris:& inde paludis.

ut mus muris.& pus puris.

Vs.quæcunq; tenent monoſyllaba uertis in uris.
Dic gruis.atq; ſuis.fraus fraudis:laus quoq; laudis:
Da græcis quod græca tenent.extremaq; ſint.is.
Ex.os.exemplo ueniant tripodis:uel opuntis.

Da græcis. Dicit autor q nomina græca in.us.apud nos ſeruant genitiuum ſuum:mutando ſolum.os.extremam genitiui græci in.is. ut tripus.dos.tripus tripodis.opus opuntos:opus opuntis.

ut arabs. hyems. princeps.

S.ſi præcedat.b uel.m.uel.p.genitiuus.

ut celebs. ut princeps.

S.mutabit in.is.ſed ſi.b.præuenit:aut.p.

ut plebs.ſeps ſerpentis genus.

E.uocalis:in.i.niſi ſint monoſyllaba:tranſit.
Aucupis excipias:ex ſe:quod protulit auceps:
ut biceps bicipitis.
A capite.ſ.remouens dat.itis.facit.i.tamen ex.e.
ut puls.tis. ars.tis. pons.tis.
Si præit.l.uel.r.aut.n.s.tis iunge remota.
Lens animal lendis. frons frondis ab arbore:glandis
ut libripens.dis. ut uecors.dis.
Glans facit.a pendo ſic quod componitur.& cor.
Principium non ſeruat iens quum formar euntis:
Vt.dat.itis.ueluti caput:& quæ flectis ab illo.
ut rex.grex.
Quæ dat in.x.in.go.uerbum tibi nomina:ſumunt
X.tamen abiecta:ſibi.gis.iacit.n.quoq;.coniunx.
ut lodix.cis.
Cis.reliquis damus:ut pacis.tamen illa notato
ut uertex.
Quæ ſuper.x.retinent.e.non monoſyllaba:uel non:
Compoſita ex ipſis:quibus.i.breue contigit ex.e.
Hinc tamen extractum ueruex.e.ſemper habebit.
Nix nox atq; ſenex noctis niuis & ſenis indunt:
X.dempta.ctilis.accipiet flectendo ſupellex.
Conſona quæ fuerint ante.os.græci genitiui:
Seruantur latiis:& in is.uel in.os.uariantur:
Sphinx ſphingis ſphingos:pheacis dat tibi pheax.

Cõſona.Dicit q; nomina græca i.x:terminata faciũt genitiuũ apd nos:i.is.cõuerſa.os.ſyllaba ultima ſui genitiui:uel etiã in.os.ſeruata eorum terminatione: & ſeruatis etiã conſonantibus quæ apud eos erunt ante.os.ut in exemplis appoſitis.

Tertius.i.recipit ſublata.s.fine ſecundi.

Em.quartus:ſed in.im.permixtis græca latinis:
Hæc faciunt:tybris:tiberis:fabariſque:carybdis:
Leucaſpis:phalaris:tethys:theſis:addito ſyrtis.
Daphnis.& hypocriſis:tigris:mēphis:tyburiſque:
Vecclipſis:peluis:tuſſiſque:mephytis:e rinnis.
Sic araris:tripolis:polis & quotcunque notabit:
Magudaris:uis:buris:opis:ſybaris:ſitis:iris:
Cratis:halis:ſilis:quæque.is.dant flumina multa:
ut parin.parim.adonin adonim.
In.q; fere in græcis quod præbet.is.im.tibi reddet.
Em poſcunt atque.im.turris:puppiſq;:ſecuris.
Et reſtis:nauis:nec ab his diſiungito clauis.
In.tantum capys:& liris:& phorcys:& ocris
ut parin.adonin.tethyn.
Accipiunt.ſed &.in.græci quoque ſæpe uidebis
In græcis.quæque.em.faciunt.a.plura tenebunt.
Vt lampas:phyllis:titan:& pallas:& hector.
ut thema.mate.corpus.nomen.
Tres ſimiles caſus retinentia neutra memento.
Par recto fiet quintus.tamen.s.remouebis
Sæpius in græcis:ut chreme:palla:& ulyſſe.
I ſextum faciunt.e.uel.al.uel.ar.addita neutris.
Q uodq; adiectiuum per.e.neutrum format.& illa
ut ſitis ſiti.
Im quæ finierint quartum.ſextilis:aprilis:
Q uintilis:ſeptember item:octoberq;:nouember:
Atq; december idem:& ſtrigilis.ſed coepe:rheate:
E.tamen accipiunt:ſic & præneſte locari
Et ſoracte petunt:præſepe:& gauſape:rete:

Et iubar:& nectar:quibus & far iungis:& hepar:
Quæ ſolam retinent uocem adiectiua requirunt
ut fœlix.amans.e.uel.i.
Hoc illudq; ſimul.ſic.as.gentilia:quodq;
ut ignis.e.uel.i.
Comparat. adde quibus duc conſona proſpicis ante.is.
Adde etiam ex uſu locuples:uigil:imber:auiſq;
Annalis ſimul:& ciuis:uictrixq;: tridenſq;:
Adde etiã.Dicit q; nomina infra notata ex uſu etiam accipiunt.e.uel i.in ablatiuo:ut annale uel annali.quo utit in.i.Aul.g.libro ſexto.c.nono.& alibi ſæpe.
Quodq; tulit:demptis propriis:tibi mobile fixum.
Quodq; tulit. Dicit q; nomina ſubſtantiua deriuata ab adiectiuis etiam faciunt ablatiuum in.e.uel in.i.ut molaris annularis: præter propria quæ faciunt in.e.ſolum:etiam q; eſſent deriuata ab adiectiuis uel eis ſimilibus:ut iuuenalis le.martialis le.
E.ſolum teſtis:peſtis:ueſtiſq; recepit.
Sic etiam poſt hæc formabunt cætera ſextum:
Pluralis dabit.es.primus:quartum ſibi iungens
Et quintum:præter neutralia:per genus omne.
Is tamen.es.q; dabunt quarto quibus eſt genitiuus
ciuitas:
Pluralis per.ium.ſed ab his tu demito tralis
ciuitas
Et ſardis:nam non tralles ſardeſq; uidebis.
ut pheacas.ſyrenas.phætontiadas.
Græca per.as.quartum mittunt quoq; nomina quædã.
A neutris quibus.e.finit tantummodo ſextus.
ut corpora.pectora. ut meliora.
E conuertis i.a.tantum.quod comparat adde.

Cætera quæ uel in.i.ſolum:uel in.e.ſimul.i.q;
Efficient ſextum:per.ia.finire notato.
Verum hinc excipiens uetera:atq; apluſtra mouebis:
Pluria ſæpe tamen pariterq; apluſtria cernes.
I:ſolam aut.e.uel.i.dederit quum ſextus:habeto
ut monilium fœlicium ut meliorum.
Pluralis genitiuus.ium:quod comparat aufers:
Atq; uigil:locuples:ſupplex:uetus:& memor.hiſq;
Cum duplici recto:ſtrigil uel ſtrigilis adde.
Quum dedit.e.tantum:& finem duo conſona recti
ut mons tium.glans.dium.
Perficiunt:in.ium.uertis.tamen.s.præeunte
ut celebs.um.& arabs.um.princeps.pum.ut trabs.ium.
B.uel.p.excipias.ſed ab his monoſyllaba demis.
Dant &.ium.nix:nox.falx:& lanx:atq; ſupellex.
Arx etiam iungis.calx inſuper addere debes:
ut caulis.ium. ut ſæpes.ium.
Is.q; uel.es.recto quibus eſt compar genitiuus.
Dic iuuenum tamen:& uolucrum: panumq;: canumq;:
Et uatum:coniũgis apum.ſed.ium.quoq; recto
Is.quæ contulerint longum:& pluralia tantum
ut manes.ium.quirites.ium.
Es finita dabunt.ſic cor:mas:aſq;:caroq;.
Vm.tantum reliquis damus.at plerunq; poetæ
Adiiciunt:adimuntq;:boum uelut alituumq;.
Primatum ſimul & procerum:pariterq; penatum.
ut epigramma:horum epigrammaton:uel.tum more latino.
Interdum.a.ſibi græca ſuos tenuere ſecundos.
ut patribus.
Aſt in.ibus ſexto comitatus tertius exit.

Sed tu pro bouibus:bobus bubuſq; teneto.
ut epigrammatis:poematis.
Pleraq; in.a.uideas & in is.facientia græca.

Quarta Declinatio.

VS.tibi quarta dabit recto maris & muliebris.
Et generantis idem caſus tenet atq; uocantis.
Pluralis primo.quartoq; quintoq; receptis.
Neutra ſed.u.numero finita monoptota ſolo.
Neutra ſed.u.Cõſtrue ſic.Sed quarta declinatio dabit tibi neutra finita.u.monoptota in numero ſolo:ideſt quæ unã tm̃ habẽt terminationem & uocem in ſingulari:ut cornu:gelu:genu.
Diuiſas nitetur.ui.retinere datiuus.
Et tamen abiecta.i.ſæpe.u.fecere poetæ.
Vm.dabitur quarto.Sextuſq;.u.ſemper habebit.
In neutris ſumunt tres.a.pluralia caſus.
Datq; ſecundus.uum.ſed.ibus.comitante datiuo:
Sextus.ubus retinent portus:partusq;:tribuſq;.
Et lacus:& quercus:ficus:ſpecus:arcus:& artus.
His uerubus iungas:uates quo eſt andicus uſus.

Quinta Declinatio.

ES.tantum recipit muliebre inflexio quinta.
Si muliebre dies:& quod componitur eſſet:
Par quintus recto:& numeri priuſq; ſequẽtis:
Et quartus:quintuſq; ſimul:genitiuus in ei.
Atq; datiuus erit.ſed in.em.deducito quartum.
E.ſextus.generans caſus pluralis in.erum.
Sed dans adiunctus ſexto tranſfertur in.ebus.
Tres tamen hos quintæ fugerunt nomina caſus:
Exceptis res:atq; dies:acies:facieſq;

Materies:ſpecies:& progenies ſimul addis.

De compoſitis.

Compoſita ex rectis uariantur utrinq; duobus.
Alteruter tantum uariari in fine memento.
Ex recto obliquoq; uolunt inflectere rectum.
Obliquis tantum iunctis ſimul:aptota fiunt:

Pylades.De Nominum generibus.

Si generum penitus libeat cognoſcere normas:
Sit tibi cura prius generalia diſcere quædam:
Multa quibus pateant:qm̃ per ſingula nobis
Currere difficile eſt:longumq; opus inſuper eſſet.
Sunt quæcunq; mares animantium nomina tangunt
Maſcula.fœminei generis quum fœmina ſolum.
Communis quotiens ſexus tangetur uterq;.
At quibus in promptu ſexum cognoſcere non eſt:
Hæc epicœna feras:uno ſignantia ſexum
Articulo duplicem:ut uultur panthera.columbum
Excipias:gallumq;:mares.galina:columba:
Fœmineis dantur.pauo & paua his ſocientur.
Quum per tres uoces flecti adiectiua notabis:
Mas prima eſt:mulierq; ſequens:ſed tertia neutrum.
Si tantum duplici uarientur talia uoce:
ut fortis. ut forte.
Communis prior eſt generis:uerum altera neutri:
ut bonis.fortibus.
Rurſus in obliquis ubi ſola eſt uox.erit omnis.
Dic menſes fluuioſq; mares.ſed quælibet arbor
Fœmina.pinaſter mas eſt tamen:atq; oleaſter:
Et uirgulta rubus:dumus.ſiler hoc retinebit.

Quattuor:& centum:mediumq; tenentia:dicas
Eſſe trium generum nuſquam numeralia flexa.
Neutrum eſt non numero plurali mille:ſed omnis
Pluralem ſumens:nec declinabitur unquam.
Milia da neutris numero non ædita ſolo.
As.quibus in græcis.aut.is.inflexio longam
Prima dedit:ſiue.as.ſiue.es.ſiue.a:retinebunt
.i.maſculinum.
Ad latios traducta:petunt genus omnia primum.
Exemplo fuerint boreas:planeta:cometes.
Hæc cataracta tamen:catapultaq;: chartaq; nobis
Et Margarita eſt: quæ conſtat maſcula græcis:
Quæ cõſtat.i.q̄ noia manifeſtũ eſt eſſe maſculina apđ græ.nã decli nãẽ ſic.o.cataractis.tu.o.catapeltis.tu.o.chartis.tu.o.margarit⁹.tu.
Graiorum at nobis dederit quæcunq; ſecunda
.ſ.ad latinos.hoc eſt ſiue deſinant in.a.ſiue in.e.longam.
A.referant.ſiue.e.longam:muliebria dicas.
obliuio bruchus. .ira.diuina.
Vt lethe:& campe:theomenia:ſyncopa:creta:
Da reliquis quod habent:eadem finitio ſi ſit
Quæ fuit in græcis quum ſucceſſere latinis.
ciuitas fœ.maſculinũ.maſculinũ.neutrũ. iſula fœ.ci.neutrũ.
Vt babylon:crater:delphin:thema:cyprus:& argos
Tollitur hæc lynter:maris eſt quæ iure pelaſgo.
ut cratera re.
At genus accipient aliter finita latinum.
At gen⁹.Dicit ꝙ alia noia græ.q̄ traducta ad latios ñ retinẽt termi nationẽ græ.i ntõ:nõ ſubiacẽt gñi græ.ſ; latio:ut cratera.e.q̄ græ. dr̃ cratiritos.i ntõ.& eſt maſculini generis apđ nos aũt recipiet fœ. genus.ſicut cætera noia latina.qa mutat terminationẽ.nã ſi nõ mu tat.ſed dicaẽ crater:maſculini.eſt generis:ut in regula præcedenti.

Barbara barbariem: ut cherubin: & mãmona ſeruant.
Nomen habet generis quæcunqꝫ eſt littera neutri.
Sic iteranda parum generalia dicta memento.
ut tabula.
Fœmineum quod in.a.fit ſæpius eſto latinum.
ut arma.mœnia
Adria mas pelagi pars eſt.pluralia neutra.
ut thema:poema.
Nec minus inflexit quæ nomina tertia græca.
ut mare ut calendæ.thermæ.nonæ.
E.damus hoc.Muliebre tenent non ſingula flexa.
Sed tempe adiicias neutris;& iungito cœte.
I.ſimul hoc recipit.ſed &.i.finita locabis
Adiectiua tribus.Maribus tantummodo plura.
Hic facit.o.demas in.io.uerbalia:quodque
Extremum.o.conuertit in.i.faciens genitiuum
Do.pariter cum.go.quæ.dant.hæc omnia: præter
Maſcula cardo:ordo:& quum gemma eſt unio.margo
Incerti.& bubo.caro fœmina.pondo que neutrum.
Eſt communis homo:& latro: pſeudo omnis habetur:
Et præſto.maris & neutri ſunt ambo duoque.
V.neutrum.c.&.d.t.qꝫ.eſt.uerum aptota plura
Tot cum compoſitis & quot genus omne tenebunt.
L.pariter:ſed &.m.ſunt neutra.hic ſal tamen eſto:
Quod ueteres & in hoc traxere. hic ſol quoque: cõſul:
Et pugil:& mugil.ſtrigil ſit fœmina.ſed nil
Atque nihil dabimus neutris,commune locabis
Peruigil:atque uigil.præſul iungatur: & exul.

.ſ.generis ſunt neq̃ & totidem
Aptoton eſt nequam:& totidem plurale:ſed omnis.
En.producta mari dabitur.ſic de cano dicta:
Et pecten:quãuis breuient:flamenq; ſacerdos:
Cætera correpta neutralia ſine uocentur.
Pollinis hæc pollen pollin uel dicito pollis.
Nomen in:ar.neutrum eſt.hic lar decet inde mouere:
Par.tribus adiicitur: ſic quæ componis ab illo.
Hic dabit.er.ſpinther tamen hoc dicetur:iterq;.
Sic fœtus terræ.&.uer.ber.quæ tertia flectit.
Tollitur hic imber:tuber:& pomum:atq; cucumer.
Degener & pauper duo dant:& puber:& uber:
Eſt quorum obliquis neutrum quoq; iungere ſæpe.
Interdum mas eſt:interdum fœmina lynter.
Ir.maris eſt.ir.atq; gadir ſunt aptota neutra.
Or.maribus concedis.ador:cor:marmor:& æquor:
Neutra facis.memor omnis erit.communis & autor:
Quodq; decus color & corpus componere pergunt:
Quæ tamen & neutris interdum iuncta uidemus.
Hæc arbor petit.at ſenior quum comparet:eſt mas.
Hoc tenet.ur.ſumunt hic & hæc fur augur:& aſtur.
Iunge ligur tu ſiue ligus.hic furfur:& anxur:
Sic auſtur uulturq; facis turturq; epicœna.
As.muliebre uoca.dant hic as:uas uadis:& mas.
Vas uaſis:fas:atq; nefas ſunt neutra.duorum
Commune eſt gentile.trium nec flexile nugas.
Quum breuis.es.fuerit:dices maris eſſe.trahuntur
Hæc ſeges:& compes:teges.& uim pleraq; nacta

Adiectiuorum:ut diues:ſoſpeſq;:tereſq;:
Q uæ duo ſuſcipiunt:neutris quoq; ſæpe receptis.
Es.longæ dabis hæc.maribus præs iungito:peſq;
Et paries:& quæ numero non flectis in uno.
Hinc tamen ambages:lactes:uireſq;:præceſq;:
Demis:opes:fauces:ſortes:cum frugibus:alpes:
Cum foribus:grates:ædes:ſed & hic retinebit
Compoſitumq; dies:& quum plurale feretur:
Incertum primo.hippomanes hoc dicitur:atq; æs.
Cum uate eſt heres:locuples:communis & expes.
Is.muliebris erit.ſed mugilis:atq; molaris
Excipitur dens ſiue lapis:cauliſq;.uirilis.
Sic quibus.x.aut.n.præſit:uel conſona bina
Syllaba quæ teneat tamen unica:uel genitiuis
Q uæ creſcunt:liquidam ue quibus penultima ſeruat
Hic iunge:ut faſcis:lapis: & cinis:orbis:& axis.
Excipe fœminei febris:peſtiſque:rudiſque
Q uum uirga eſt:neptis:ueſtis:reſtis quoque:turris:
Lis:uallis:pellis:peluiſque:& cuſpis:& aſpis:
Et caſſis:tribus atque potens ſeruire bipenis.
Incerti eſt torquis:clunis.ſic finis:& anguis.
Appellatiuis hominem ſignantibus ambo
Conueniunt.his iunge canis:iuueniſq;:tricuſpis:
Cuius & obliqui neutro plerunque locantur.
Eſt pro dimidio ſemis non flexile neutrum.
Aſſis dimidium ſignans flectetur:& eſt mas.
Sic treſſis:ſic centuſſis facis:atq; decuſſis.
Os:capiunt finita mares.glos fœmina:cos:dos:

Atque arbos.Neutrum.os.ſemper. commune ſacerdos
Et cuſtos:ſic impos erit:compos ſimul:& bos.
Dant hic in.us.quæ quarta notat tibi ſiue ſecunda:
Subtrahis hæc coſtus:diphthongus:æremus:abyſſus:
Pergamus:& ſynodus:methodus:cryſtallus: & arctus:
Carbaſus:& byſſus:græca omnia.iunge papyrus:
His acus addis:humus:uannus:pluraliter idus:
Socrus:anus:manus:atque nurus:tribus: intibus:inde
Porticus adiicias:domus.& colus.eſto uirilis
Fœmineique aluus:ſic pampinus:atque phaſellus.
Eſt neutrum uirus:ſed declinabile nunquam.
Hoc etiam pelagus.uulgus neutrique mariſque.
At penus & ſpecus eſſe uolunt mas fœmina neutrum:
Tertia quæ dat in us.longam muliebria pones.
Crus demis:rus:plus iuſque hoc:q̄bus addito thus:pus
Sed ſus commune eſt.hic mus:grusque hæc epicœna.
Q uæ breuiant neutꝝ.pecudis pecus hæc tenet omne
Intercus ſimul atque uetus.lepus hic epicœnum.
Q đ fit ĩ aus.tenet hæc.ſic laus tibi cõprobat & fraus.
S.quibus inuenies quæ littera conſonat ante:
Addito fœmineis:ſi ſint monoſyllaba.præter
Mar s:dens:pons:fons:mons:& ſeps coniucta uirili.
Sola quibus non eſt capiunt hic ſyllaba.demas
Inde cohors & hyems muliebria.iunge bidentem.
Incerti forceps:& adeps:ſcrobs:arboris & ſtirps.
Adiectiua notes hominem tangentia tantum:
Eſſe duum:ut princeps.alias tribus addita.diſcors.
X.poſcunt finita marem pulyſyllaba multa.

Eſt tamen hæc fornax:ſtorax:carexq;:filixq;:
Cum lodice phalanx:uibexq;:celoxq;:ſupellex:
Claxendis:ceruix:coxendrix:atq; cicatrix:
Et radix.iungas in trix.uerbalia:quorum
Obliquis neutrum ueteres iunxiſſe leguntur.
Non certi ſit obex:forfex:cortexq;:ſilexq;.
Sunt dux atq; redux cummunia.ſic quoq; coniunx.
Calx pedis hic:rex:grex.monoſyllaba cætera ſunt hæc.
At retinere triplex genus adiectiua notato.

Pylades de heteroclitis nominibus.

QVatuor eſſe modis heteroclita nomina dicas.
Nam uel deficiunt:aut dum flectuntur abundãt:
Aut fit tranſitio & non cœpta inflexio reſtat:
Mutatur ue genus.Nos quicquid abundat omiſſo
Defectus ſequimur tantum:Et mutantia primum
Inflexum canimus:genus & uariantia ſumptum:
Præponenda quibus ſunt hæc generalia uiſa.
Virtutem uitiumq; notant quæ nomina ſcito
Pleraq; finiti numeri generis muliebris.
Rellígio:pietas:prudentia:fama:fideſq;:
Perfidia:impietas.& talia plurima iunge.
Sunt quoq; finiti menſes.Et cuncta metalla.
Argentum:atq; aurum:ferrum:æs.tamen æra frequẽter
Plurali numero:pariterq; helectra uidebis.
Adde etiam fruges.nec tu liquentia tolle.
Vt cicer:& milium:lens.eruum:& oriza:ſiligo:
Mulſum:oleun:lac:atq; merum:fel:nectar:acetum.
Interdum tamen & frumenta:& farra:legendo

Ordea:uina:fabas:uideas.& mella:& auenas.
Sed per quodq; genus iam ſingula dicere mens eſt.

Maſculina ſingularia tantum.

Sol:pontus:ſanguis:mundus:cum puluere:fumus:
Cum muſco:fimus:& limus.ſic æther:& aer:
Maſcula finiti numeri tantummodo ſunto.
Sed mundos tamen:& ſoles reperire licebit.

Fœminina ſingularia tantum.

Fama:ſitis:labes:& gloria:uita:ſaluſq;:
Lux:humus:atq; fames:telluſq;.ſenecta:iuuentus.
Cum uenia:pax:galla:quies:requieſq;:ſenectus:
Cum ſtrue:mors:tabeſq;:lues:& culpa:iuuenta:
Pernicies:caries:ſanies:rabies:ſcabieſq;:
Plebs:adolens ætas:ſoboles ſimul:indole iuncta:
Fœminei generis ſunt.& pluralia temnunt.
Sed paces ſoboles mortes uitaſq; legemus.

Neutra ſingularia tantum.

Vulgus:ador:fas:atq; nefas:pelaguſq;:ſalumq;.
Et baculum:cum felle:crocum:ſenium:cicer:& pus:
Irq;:ſolum:cœnum:fœnum:cum ſiſere:lætum:
Ver:piper:atq; gelu:uirus:ſal:zinziber:æuum:
Iuſticium:cum lacte.ſerum coniunge:lutumq;:
Omnia non numero plurali cognita neutra.

Maſculina:tantum pluraliter flexa.

Maiores:ſuperi:ſales:quirites:
Primates ſimul:inferi:pœnates:
Et faſces:lemures:& optimates:
Mortales:procereſq;:iuniores:

Primores:loculi:fori:minores:
Cancellis quoque:poſteriſque:ludos:
Manes:uepribus:artubuſque iungis:
Faſtos:caſſibus:inſuperque piſces:
Clatros addito:liberos:& antes:
Canos:cum pugilaribus:locoſque
Pro uulua modo:maſculina quæ tu
Dicas:non numerique ſingularis:
Quanq̃ tu procerem:ſed & quiritem
Cernes ſæpius intuliſſe uates.

Fœminina tantum pluraliter inclinata.

Primitiæ:nonæ:exequiæ:phaleræq; notentur:
Feriæ:& inſidiæ:cunæ:inferiæq;:calendæ.
Reliquiæ:induciæ:illecebræ:exquiliæq;:minæq;:
Quiſquiliæ.nugæ:atq; præces.lacteſq;:quadrigæ:
Suppetiæ:cum diuitiis:tenebræ ſimul:idus:
Et bigæ:atq; fores:fruges:cum faucibus:ædes:
Blanditias:tabulas:uires coniungis :opeſq;:
Sortes:delitiaſque:gratiaſque:
Necnon præſtygias:facetiaſq;.
Sed thermas quoque:nuptias:latebras:
Grates:excubiaſque:nundinaſque:
Ambages:cærimonias:ſecundas:
Alpes:exuuias:eteſiaſque:
Scalas:manubiaſque:branchiaſque:
Et pro milite copias reducto:
Quæ tot nomina:litteriſq; iunctis:
Plurali numero genus requirunt.

Tantum fœmineum.ſed & latebram:
Et ſcalam:tenebram:legens uidebis.

Neutra tantum pluraliter inflexa.

Arma:ſata:& pondo:ſponſalia:mœnia:tempe:
Milia:cum poliis:magalia:ſeria:cœtæ:
Et cum carcheſiis:præcordia:tempora:ſerta:
Ilia:cum roſtris:atq; exta:crepundia iunge:
Caſtraq;:cum teſquis:nec tu cunabula mitte:
Nec ſpectacula:nec iuſta:atq; cibaria tolle:
Adde etiam dictis uitalia.nec remoueto
Barbara cum raris habitata mapalia tectis:
Nomina feſtorum:ut quinquatria:quæq;:luperci:
Bacchus:flora:ceres:& cætera nota dederunt:
Quæ generis tantum neutri & pluralia cernis.

Maſculina in ſingulari:& in plurali neutra.

Tartarus:infernus:& balteus:iſmarus:atq;
Suparus:& cœtus:locus:& iocus:ater auernus:
Menalus:& ſumpto te gargare:dindymus:inde
Tenarus:& uario prolatus ſibilus ore:
Maſcula ſunt numero ſolo:pluralia neutra.
Sibilus at numero plurali ſæpe uidemus
Maſculeum tenuiſſe genus.locus & iocus adde.

Fœminina in ſingulari:in plurali neutra.

Arbutus inde notes:& carbaſus:atq; ſupellex:
Singula fœminei generis:non ſingula neutri.
Adde & quæ primam linquunt:ſumuntq; ſecundam:
Paſcua:zinzania:& dialectica:rhetoricamq;
Bucolica inſequitur:topicamq; georgica:necnon

Magnus ariſtoteles libros quibus ipſe notauit.
Neutra in ſingulari:& in plurali maſculina.
Cælum:argos:porrum filum ſunt ſingula neutra
Plura marem capiunt.frenum his:& iungito raſtrum.
Fila tamen uates & frena & raſtra dedere.
Neutra in ſingulari ſcdæ declinationis in plurali fœ.& primæ.
Delitium atq epulum flectit tibi norma ſecunda
Finito numero:genus & dat ſumere neutrum.
Verum infinito muliebria prima recepit.
Balnea non potuit:reliquum ſimul his ſociauit.
Neutra quæ in plurali numero tres tm̄ hn̄t caſus.
Os oris:ius:thus:far:rus:æs:mel:mare:uinum:
Neutra genus:numero tres tantum reddere caſus
Plurali te ſcire decet:quibus ordea iungis.
Nomina in ſingulari ntō & uocatiuo carentia.
Hæc opis:atq necis:frugis:dapis:& dicionis:
Et recto caruere ſimul caſuq uocante.
Nomina in uariis caſibus deficientia.
Plus pluris:tantum tantidem nomina iuncta
Cum recto quartum ſolum dant & genitiuum.
Inſtar:opuſq notat quotiens tibi cunq neceſſe
Non alios caſus primum quartumq tenebunt.
Vis uim uiq dabit numero tantummodo ſolo.
Iugeris eſt caſus generans:& iugere ſextus.
Verberis huic ſimile eſt cum uerbere.uiſceris adde:
Viſcere concluſum:ſed habent pluralia tota:
Tuq uicem:uice coniuncta:uicibuſq:uiceſq:
Sicque forem:fore:deinde fores:foribuſque notato.

His later in recto ſimiles parit ordine caſus.
Hæc huiuſq; foris quanquam & dixere poetæ.
Sponte ablatiui eſt:ſpontis quoq; dans genitiuo.
Fors tantum tibi forte dabit. Tabi quoq; tabo.
Atq; præci:præce:pluralem totum retinebit.
Vas uaſis neutrum dat tertia: Vaſa ſecunda.

Pylades.de uerborum præteritis & ſupinis.

Prima coniugatio.

NVnc de præteritis uerbi pariterq; ſupinis
Dicendum:primæq; prius formatio quæ ſit.
Vi.capit abiecta.s.uerbi perſona ſecunda
Præteritum fingens.ui.tum faciente ſupinat.
Prætereunt in ui.atq; in itum dant pauca ſupinum.
Vt cubo:cum dono:cumq; ſono.crepo iunge:uetoq;:
Et tono.ſubde plico.ſed ab hoc compoſta notabis.
Aui.nominibus iunctum præbebit.& atum.
Iunctum aliis aui.atq; atum.uel ui.dat itumq;.
Replicitum tamen aut nunquam.uel raro uidebis.
Dant fricui & ſecui frico cum ſeco.ctum.dat utrunq;.
.i.ſupinat.
Præteriit tantum per.ui:mico.cætera deſunt.
Dimico ſed rectam normam ſeruare procurat.
Datq; aui.neco.uel necui.nectum atq; necatum.
Do dedit inde datum.uenundo ſimplicis audet
Et cum peſſundo circundo iura ſubire.
Ex illo reliquis præbebit tertia normam.
Sto ſtetit:atq; ſtatum.ſed quæ componit itum dant.
Exto.atum:conſto:atq; obſto.præſto dat utrunq;.

Et laui lauo:ſed lotum:lautum:atq; lauatum.
At potum poto.iuuo iuui reddito iutum.

Secunda coniugatio.

Hinc iam uerba tibi ſunt inflectenda ſecundæ.
ut ciui fleui.
Vi cum compoſitis faciunt cieoq;:fleoq;:
Et neo:ſicq; pleo:leo:cum ueo:præterit æui.
Nunc oleo:nunc præbet ui.quæq; inde trahuntur.
Ferueo ſeu feruo feruique:bui.que tenebit.
Conniui.uel.xi.conniueo iungere quærit.
De deo.di.uideo & ſedeo cum prole dederunt:
Prandeo ſed prandi:& pranſus ſum.gaudeo ſic ſum
Audeo cum ſoleo:ſolitus:gauiſus:& auſus.
Di quoque principium geminantia pauca tulerunt:
Pendeo ſeu pendo:cum ſpondeo:mordeo:tondet.
Verum præteritis lex hæc geminantibus eſto:
Compoſita ut prorſus iam non geminantia fiant:
Hinc diſco:poſcoque tamen:do:ſtoque mouentur.
Et curro cum præ.& de.pupugi.quoque cum re.
In.ſi: conuertunt.deo.rideo:ſuadet:& ardet.
ut mulceo.turgeo.algeo. torqueo.
L.uel.r.ante.ceo.geo.uel queo.ſi quoque prebent.
Arceo præteriens in ui.tamen excipiatur.
Hereo ſi faciet.iubeoque:ſed.ſſ.geminabit.
Et maneo manſi.uerum.i.ſi forſitan ex.a.
Compoſitum capiet:per ui.quum præterit exit.
Si.ceo.uocalis præcedat longa.geoque:
Aut etiam diphthongus:erit formatio per xi.

Diuiſas in ui.uertunt.eo.cætera fermeː
Sorbeo dat.uel ſorbo.bui.pſi.q; inſuper additː
ut moui.tum.ciui.citum.fleui.fletum.
Syllaba præteriti ;ui.tum.mutata ſupinat.
Sed cautum & fautum demas.conniueo nullum
Ferueo cum paueo de ſe producere quærunt.
Præteriens in.ui.dat.itum.ſed miſceo miſtum.
Et teneo tentum:& doceo dat ſyncopa doctum.
Cenſeo ſic cenſum.tamen inde recenſeo naſcens
Præbet.itum.pariterque ex arceo concipis arctumː
Compoſitum per.itum.formare ſed arceo dicas.
Sorbeo deficiens timeo comitante remanſit.
Pauca dabunt in;ui.facientia neutra ſupinum.
Nam per.itum.noceo:placeo:ualeo:taceoq;.
Pareo cum licet:& doleo:mœreoque ſupinant:
Et careo.pateo paſſum dat torreo toſtum.
Mœreo nil penitus triſtem quum ſignat habebit.
ut uidi uiſum. ut mulſi.ſum.
Quod.di.præteriit uel.ſi.mutabitur in.ſum.
Vrgeo nil peperit.cum fulgeo.tranſit in ultumː
Indulget.ſtridi dat ſtrido aut ſtrideo tantum.
Dat torſi tortum:ſedi ſeſſum.ſſ.duplicando.
In.xi.præteritum formatum uertitur in ctum.
Lugeo ſic luctum.nil luceo.luxit utrunq;.

Tertia coniugatio.

H Quibus ante.cio.breue tertia præbuit.eci.
Præteritum faciunt:& in actum.uerba ſupinant.
Nam quod habet præſens uult.a.retinere ſupinum.

Compoſitum niſi uertat in.i.tunc nãq; tenere
E petit:ut factum infectum:captum atq; receptum.
Simplicis.a.demas.do.&.go.ſeruantia ſemper.
In xi.quæ præbet.cio.cætera uertis:& in ctum.
Elicio elicui elicitum tamen hinc remouebis.
Dat fodio fodi foſſum.fugio quoq; fugi
Nulla ſupina gerens:niſi raro protinus uſu:
Præterito caruit meio ſimul atq; ſupino:
Obtinuitq; ſibi factus ſum iungere fio.
Sed capio cœpi captum.nam tradere cœptum
Nouit deficiens cœpi.Rapui quoque raptum:
Et ſapui ſapitum rapio ſapioque tulerunt.
Iui.præteritum cupio facit atque cupitum.
Et pario peperi partum:dat pignora quartæ.
S.geminans quatio quaſſi quaſſumque reponit.
Quæ uel uo.uel uo.diuiſa aut iuncta creabunt
I.faciunt ex o.ſed & i.mutabitur in tum.
Xi.ctum.dant uiuo:ſtinguo:ſtruo.xi.fluo fluxum
Et coquo.xi.coctum.tantum dat linquere liqui.
Delictum tamen ex illo facis:atque relictum.
Reſpuo nil:metuo:renuo:caluoq; ſupinant:
Vocalis ſi longa præit bo.pſi.facit:& ptum.
Bi.breuis atque bitum.cubo de ſe nata gubernat.
Vel nihil:aut ſolum ſcabo.bi.tibi lamboque reddunt.
Co.xi.ctumq; parit.uocali ſubdita longæ:
N.præcedenti ci.ctum.prius inde remota.
S.quoque ſublata ui.tum.feciſſe parabit.
Agnoſco dat itum:cognoſcoq;:paſcoque paſtum.

Diſco facit didici geminans.& poſco popoſci:
Quorum compoſitis eadem geminatio reſtat.
Omnia quæ nullum pœnitus cœpere ſupinum:
Adiice conqueſſi:creui:& compeſcuit illis.
Parco dabit parſi parſum:nullumq; peperci.
Nec meditatiuis in ſco.dabis ulla ſupina.
Gliſco ue:præterito quod item caruiſſe notetur.
Ante do uocalis longa aut diphthongus & in ſi.
Et ſum.do.mutat.ſic diuido:cudoq; cudi.
Fiſus ſum præbet tibi fido.ſed.ſſ.geminando
Quod neutrum eſt cedo ceſſi ceſſumq; peregit:
Actiuum.ſ.ſimplex retinet ceſum atq; cecidi.
Nulla ſupina gerunt rudi.rudo:pedo pepedi:
Et ſtridi ſtrido uel ſtrideo:ſidoq; ſidi.
I.uel.u.præcedat ſi.do.tamen.n.mediante:
Di.facit ablata.n.tibi.do.& di.uertitur in ſum.
Fitq;.i.præteriens breuis.ſſ.duplicatq; ſupinum.
ut defendo.di.ſum.accendo.di.ſum.
O.mutatur in.i.per cætera ſumq; fit ex di:
Pando tamen paſſum:ut pateo patiorq; ſupinat.
Præteriti primam geminabunt tendo tetendi:
Et tundo tutudi:cecidi cado:pendo pependi.
Omnia ſum.tentum quoque tendo.tundoque tuſum.
Di.duplex a do.faciunt compoſta.ditumque.
Interdum ſimplex abſcondo:uertit & in ſum.
R.go.præcedens ex go.ſi ſumque rependit.
In xi.ctumque facit.go.quæ tibi cætera præbet.
N.tamen ablata ringo:mingoque ſupinant.

Et ſingo:pingo:ſtringo:Nullum ango tuliſſe
Dicitur:& ſugo.uergo ſed utroq; carebit:
Figo dabit fixum.pegi panxi pepigiq;
Pango facit:quanquam fabius de pago putauit
Antiquo pepigi.pupugi punxi quoq; pungo.
Egi.donat ago:frango:lego:diligo tollas
Exi.præteriens.intelligo:negligo iunge.
Dat tetigi tango.gi.xi.conuertitur in .ctum.
Gi.ſatago & dego.ſed ui.facit.ambigo tantum:
Ho.xi.præterito:ctum.donat habere ſupino:
Ex.o.format.ui.uerbum quod deſinit in lo:
Tum.quoq; ſuſcipiens.ſed ſi.lo.præueniens ſit.
O.mutatur in.u.ſemper formando ſupinum:
Altum ſumit alo atq; alitum.uolo nulla tenebit.
L.duplex ſi cum uocali muta præibit:
Syllaba præteriti geminatur prima.fefelli
Sic pepuli fallo pello:falſum quoq; pulſum.
Et tetulit de tollo capis:uel ſuſtulit:atq;
Sublatum.uelli & uulſi dat uelloq; uulſum:
Et ſallo ſalli ſalſum.tantummodo pſalli
Pſallo facit.per uiq; excello.carentque ſupinis.
Iunge refello carens tibi quod dedit ante refelli.
Perculit efficiens percello exiuit in ulſum.
Mo.ſi uocalis præſit correpta:uidebis
O.cedens in ui.atque in itum.tremo nulla ſupinans.
Emi format emo:atque emptũ.preſſi præmo præſſum:
Finalem.o.in reliquis in pſi.conuertis:& in ptum.
No.uarias recipit formas,cecini cano cantum.

Compoſitum per.ui.tum:ſuſcipit.en.præunte:
Gigno facit genui genitum.poſui poſitumq;
Pono dabit.lino uult lini:liuiq; litumq;:
Nec piguit uatem egregium dixiſſe releuit.
Dat ſperno ſpreui ſpretum.ſterno quoque ſtraui
præterito & ſupino.ſ.
Et ſtratum.ſiui atque ſitum.ſino.cerno carebit.
Decreui decerno tamen.ui.tranſtulit in tum.
Secerno adiungas.tempſi temptum quoque temno.
Po.breue quum præit.e.per.ui.tranſibit.itumq;.
Præcedens.m.tollis.in.i.q;.o.uertis:& in tum.
ut repo.pſi.ptum.
Pſi.ptumque efficient.po.quæ tibi cætera finit.
Ro.uarie finita cadunt.Triui tero tritum.
Queſiui quero:& ſitum.Geſſi gero geſtum.
Vſſi uſtum:uerri uel uerſi dic quoque uerſum
Ex uro & uerro.ſeui atq; ſatum ſero præbet:
Compoſiti.o.mutans in.ui.ſed & inſuper in.tum.
Conſeui inſeuiq; tamen reperire ſitumque eſt.
Cu.geminans curro dat.ri.curſumque ſupino.
So.concluſa dabunt.iui.& mutantur in.itum.
Si faciunt &.ſum.tibi uiſo:faceſſo:capeſſo.
Præteriens in.ui.pinſo uult iungere piſtum.
To.c.præueniens in.xi.conuertit.& in.xum:
Pexuit & pexit dat pectoque pectuit.adde
Nexuit & nexit de necto.Sed.e.præeunte:
Sunt duo.Datque ſui meto:meſſumq;.ſſ.duplicando.
O.peto.commutans.iui.facit:atque petitum.

Ex.o.reddit.ui.ſterto:nullumq; ſupinum:
At uerto uerti uerſum.ſed ſiſto notabis.
Præteritum dat nanq; ſtiti:quod gellius inquit.
Deficiuntq; ipſum ſto non præbente ſupina.
Mitto parit miſi miſſum.ſſ.geminante ſecundo.
Dant in.ui.nexum ſed nexo:texoq; textum:

Quarta coniugatio.

PRæter eo:& queo:uerba ſonãt.io.cætera quartæ
Iui.præteritum uel.ii.dant pleraq; & itum.
At ſalio ſaltum:ſed.ui.quæ gignit habento.
Quod condire notat tibi uult præſtare ſalitum:
Ex amicit.ciuiq; facis:mixiq;:& amictum.
Præteriens.iui.præbet ſepelire ſepultum.
Sancio ſanciui & ſanxi:citum.facit:& ctum.
Vincio ſic uinxi uinctum.Pſi.cambio campſum:
Sentio.ſi.& ſenſum.Sepſi dat ſepio ſeptum.
Hauſi hauſtum:farſi fartum:fulſi quoq; fultum
Haurio producit cum farcio:fulcio iunge.
Nil ferio peperit:ſed mutua cuncta recepit
Comperit extrema:o.reperit:uenioq;:remota
Prætereũt.i.præteriti.tum.dante ſupinant.
Ex aperit deducis.ui.ſed iungis apertum.

Pylades.De Heroici atq; Elegiaci Verſus compoſitione:Et ſyllabarum quantitate.

VErſibus accedat iam quæ menſura canemus
Herois elegiſq;:Pedes qui dentur utriſq;:
Quot numero:quis cuiq; locus:quota ſyllaba: quãta:
Et quantam quocunq; loco uox omnis adepta eſt.

Heroum pedibus uerſum concludere ſenis:
Et quinis elegum ſolitos memor eſto poetas:
Hinc hunc pentametrum: hexametrum dixiſſe ptiorē.
Nominibus uero propriis hic Dactylus eſſe
Dicitur. hic Spondeus item. ſed & ille Trochæus:
Hic anapeſtus erit. Tribrachum comitatur Iambus:
Et Proceleumaticum ueteres iunxiſſe leguntur.
Dactylus heroi ſedes implere ualebit
Quinq;. ſed extremæ eſt illi ſubiiſſe negatum:
At licitum geminis elegi quoq; ſiſtere primis:
Ferre poteſt quinta excepta ſpondeus eaſdem:
Et ſextam tenet: hexametri quintam quoq; ſumens.
Tertia pentametri cui nec ſubeunda negata eſt.
Nulla patet ſedes niſi tantum ſexta Trochæo.
Extremas elegiq; duas Anapæſtus habebit:
Et ſi quam heroo tribuere in carmine uates.
Vltima pentametri Tribracho ſit credita tantum.
Tertia Iambe tibi uerſu pandetur utroq;.
Heroi proceleumatico non una parata eſt.
Producta duplicique breui tu Dactyle conſtas.
Spondeus binis fertur conſiſtere longis.
Correptam extenſæ gaudet iunxiſſe Trochæus.
Sed breuibus geminis longaq; Anapæſtus habetur.
Ter Tribrachū contracta. Breuis dat longaq; Iambum.
Vult Proceleumaticus breuibus conſtare quaternis:
Quæ breuis eſt unum tempus prolata requirit
Syllaba. quæ longa eſt duo tempora fertur habere.
At quanta eſt quæcunq; modis cognoſcitur octo.

Diphthongo:poſitu:deductu:præpoſitiua:
Vocali ſubeunte aliam:nec compoſitura:
Autorum exemplũ:tum regula pauca monebit.
Seu latia diphthongus erit ſeu uoce pelaſga:
Longa ſit.hinc tollis præit:atq; præeſſe:præuſtus:
ut inſulæ ionio in magno.
Quicquid & inuenies aliter placuiſſe poetis:
Conſona uocali duo quum ſubiecta uel unum
Aſpicies duplex:poſitu tunc ſyllaba longa eſt.
Syllaba correptam ſed quam natura creauit
Sæpe breuis remanet muta liquidaque ſequente.
Quum uocem amiſit uocalibus undique ſepta
Dicitur.i.duplex.Duplex.x.z.q;.ſemper.
I.quoque ſimpliciter:ſed &.u.tunc conſona fiunt:
Quum uocalis eis in eadem ſyllaba adhæret.
Vim perdit ſæpe.u.quum.g.coniungitur:aut.q.
Vocaliſq; illam ſubit:ut cum ſanguine quando.
Poſt.s.ſuetus uti ſimul euaneſcere fertur.
Deriuata ſequi debent primaria cuncta:
Hinc amor eſſe breuem patet ex amo.ſic & amicus.
Tu tamen a breuibus quædam ueni étia produc:
Caſeus:italiam:uiginti:regula:reges:
Iunior:humanus:ſtaturus:tegula:caſus:
Iugera:uitupero:iumentum:ſecula:remus:
Iocundus:legem:laternam:macero:uenam:
Sicelis:& ſedes:trinus:cum fomite:rapum:
Ceritus:nequam:nonus:denus quoq;:uomer:
Vocem:uociferor:feralis:ſecius:humor:

Serius:& totus:petus:cum ſumine:bina:
Et uires:& quæ diſcernere multa legendo eſt.
Corripere hæc contra de longis nata ſolemus
Cum titulo:ſtabilis: quater:atq; quaternus:ofella:
Inde manus:fragilis:fragor:& ſopor:addis aruſpex:
Et uitium:lotium:fatuus:coma:ſubde curulis:
Hinc odium:femur:atq; dicax:oculusq;:domuſq;:
Cum nato:iungis aquam:ligulam ducis:& noto uerbũ:
Cum ſtabuloq;:ſagax:ſiquidẽ:uada:cum fide: omaſum.
Et genui:potui:poſuiq;:numiſma:bubulcus:
Adde mamilla:uirum:nec acerbus:ariſta:farina
Deſit:aceruus:anus:nec arena:lucerna:ſigillum.
Sicq; diſertus erit:uaricoſus:iunge tigillum.
Quicquid & excuties priſcorum dicta reuoluens:
Quanta erit appoſita & ſimplex uox præpoſitiua:
Compoſitam cernes tantam. Sub:ob:ab:re:notabis
Ad quoq;:& in:natura breues quibus attulit eſſe:
Cum iacio longas ſi componantur haberi:
Quas tam en eliſa.i.ſolaq; manente:poetæ
Corripiunt. Reice oſtendit tibi:reicioq;.
Producuntur item uocali non ſubeunte
E.d.di.præ.ſe. Dirimo trahis:atq; diſertus.
Eſt.re.breue.hinc refert tamen & diſtare mouebis.
Et prodeſſe notans:cui reiicit addis:ut ante:
Relligio pariter:quibus & duo conſona ſubſunt.
Pro.longa eſt uocalis eam ſi nulla ſequatur.
Sed breuis eſt ꝓfugus:pronepos:propero: proficiſcor:
Cum prologoq;:propheta:procella:ꝓfecto: profanus:

Iunge proteruus eis.nec tolle profuga:profectus:
Inde profeſſus habe:ſimul & coniunge profundum:
De prope quæ fieri uel de procul omnia dicunt.
Sunt bis trisq; breues.binos tamen hinc remouebis:
Et bigas:trinos:& quæ duo conſona longant.
Vocalem quotiens ſubit altera dic breuiari
Vocibus in latiis:ueluti reus.excipe fio.
Quod(niſi quum poſt.e. ſubit.r.)producitur.adde
ut diei.ſpeciei.
In quinta puros genitiuos atq; datiuos:
Qui faciunt.ius.genitiuos dic uariari.
Alterius breue ſit:productum ſemper alius:
Mobile dius item:atq; aer producis:& ohe.
Plurimaq; ex græcis:ut minois:uel cous.
A græcis etiam diphthongis protrahe ductas:
Lampiam exemplo capias:& deiopeam.
Interdum ut breuies uocalis tollitur illis:
Aeneadæ duxi probat:atq; typhoea tela.
Hinc plateam:choream:maleam:nemeam uariamus:
Corripit interdum primam:modo longat eous.
Iis:iidem:dii:diis:atq; ii:uocalis & iiſdem
Tollitur:eæq; ſimul.Sed enim deinceps quoq;:deinde:
Et dehinc:proinde:ſolent amittere ſæpius illam.
ut deerat.deerit.deeſſet.
Sic deſum ſequitur quotiens.e.littera poſt de.
Huic etiam:& cuiq; eſt heiq; interiectio ſola:
Semianimis iacit:i.ſemiuſtus:ſemihominiſq;
Effugit.e.dicas ſi alucaria uimine texta;

Ferreiq; eumenidum thalami:ſiue Iſmarus orphea.
Compoſitura ſolet plerunq; oſtendere quanta eſt
Syllaba: & accẽtu cognoſci plurima poſſunt:
Profero:concedo:deducit: & occido monſtrant.
Compoſita hæc breuiant quibus eſt in ſimplice longa
Prima tamen:ueluti cum pronuba:cognitus:ade
Agnitus:ac etiam cum deierat:inuba iunge.
Peierat adiicias:ſimul inſio:ſuffio dictis.
Certius exemplo nihil eſt.nec tutior ulla
Eſt uia noſcendi tibi ſyllaba quanta ſit omnis
Multa igitur memori ſunt carmina mente notanda.
Sed quia nulla capax complecti ſingula mens eſt:
Suggeret iuterea non paruam regula partem.
Præterito fuerit cui tantum ſyllaba duplex
Quæq; ab eo fient dabitur producere primam.
Vocalem breuiat quibus altera iuncta:bibitq;:
Et tulit:atq; dedit:ſtetit: & fidit: & ſcidit aufer.
Præteritum primam geminans illam atq; ſequentem
Corripit a poſitu demptam.ſed pedo pepedi:
Et tibi cedo manet penultima longa cecidi.
Præſentis primæ eſt ſimilis per cætera prima.
Sed poſui:potui:genui trahis:atq; coegi.
Prima ſupinorum quæ ſunt diſyllaba longa eſt:
Et quæ poſtremæ.ui.tum.faciente præibit.
Hic tamen.i.qui.ſi.ſa.li.ci.da.ru.ra.ſta.mouentur:
Nam breuiant: & ab his fuerint quæcunq; creata.
Ambitus longas:pariterq; accitus. & illis
Excitus ſimul: & ſtaturus iungere pergas.

Compoſita.i.partis breuiant in fine prioris:
Vt tubicen.produc tibicen:ubique:& ibidem.
Qualicunque:addas:& quanticunque:& utriq;:
ut quiuis quilibet quicunque.
Et plerique:ſimul de qui compoſita locato.
Nominis & uerbi cremento multa patebunt.
Creſcere dic nomen quotiens numeroſior illi
Creuit in obliquis fuerit q̃ ſyllaba recto.
At uerbum perſona fuit quum uicta ſecunda
Tunc creuiſſe puta:par ſi non uincitur uſquam.
Quum ſuperant igitur crementi ſyllaba primi
Dicetur:numero cui par erit ultima recti:
Altera ſed fuerit porro exuperata ſecundi.
Nec minor in uerbis ratio crementa notabit.
A.uel.e.cremento plurali nomina longam
O.q; dabunt.i.uel.u.correptam.exempla feruntur
Muſarum:rerum:quorum:quibus:arcubus eſſe.
A.quoq; ab.al.creſcens:uel ab.ar.neutralibus:aut.an.
Atq;.as.dum non ſint monoſyllaba:longa putatur.
Sic & ab.ax.nar naris item:panque addito panos.
Dropacis hinc remoues: abacis: cum pharnace: corax:
ut palladis.
Et facis:atque anatis:quorum eſt.adis.& genitiuus:
Cætera corripiunt:arabis uelut:hannibaliſq;:
ut gigantis
Cæſaris:& thematis.poſitu producta notato.
Creſcentem.e.longant.el.en.es.exq;:remotis
Grex:ſeges:& paries.abies:arieſq;:tegeſq;:
ut ſpei.fidei.

Nex:pes:atq; ceres:quibus & uocalis adhæreti.
Plebs:& uer longant:& ab.ir.uenientia græca:
ut ciceris.carceris.ponderis.
Vt panther:crater.breuiantur cætera ferme.
ut ſalamin.delphin.ut lis.dis.
I.creſcens facit.in.ſed &.is.monoſyllaba longum:
ut radix. ut felix.
Ix.quoq;:fœmineum:uel mobile.iungito phœnix:
Et bombyx:ceyx:maſtix:ſpadix quoq;:ſandix.
Fœminea hæc breuiant:pix:nixq;:ſalixq;:filixq;:
Coxendix:natrix:& onyx:hiſtrixq;:larixq;:
Sardonycem iunge:& quicquid trahis undiq; poſthæc:
Vt codex:& uirgo:lapis:cum carmine:miles:
Et uigil:atq; calix.uariari noſcito bebryx:
Corripis.o.creſcens quod ab.on.fit:& eſſe probatur
O.paruum in græcis:ueluti cum ixione:dæmon.
O.magnum exiſtens:uel in.o.quod habere latinos
Contigit.o.longam:ut babylon ſermoq; tenebit.
Græca tamen uariant pro libertate poetæ.
Producunt & in.or.ſeu maſcula:ſeu muliebris:
Aut communis erunt atq; appellantia ſexus.
Sic amor:& melior:ſoror atteſtatur:& uxor.
Quæ fuerint propria:aut genus accipientia neutrum
Corripient:uelut hector:ador:ſic rhetor:& arbor:
Indecor:atq; memor:quæq; ex puer orta tulerunt
Publipores:uel marcipores:breuiabis ab obſq;
Quæ fuerint:uel ab.ops.uel ab.u.uenientia recti.
Oſtendunt ſcrobis:atq; inopis:pecoriſq;:eboriſq;.
Sed uariat cyclops.breue de potis.exit:ut impos.

Quicquid in.os. reliquum eſt:uel in:ox. ꝑducito. ꝑter
Cappadocis:cui iunge bouis.nec præcocis aufer
Protrahis.u.quum creſcit ab.us.probat ecce ſalutis:
Corripe uocalem ante aliam:intercuſq;:pecuſq;.
Quæ dabit.ux.præter monoſyllaba:non breuiabis:
Nec lucis;uerum tibi cætera corripientur:
Vt ducis:& liguris:cum conſule.fur quoq; produc.
In uerbis ubicunq; uides.a.creſcere:longa eſt.
Do cum compoſitis prima hinc crementa reſoluit.
E.quoq; producta eſt ſemper. tamen.r.ſubeunte
.ſ.coniugatio. .ſ.crementa.i.ptis. iperfectis.
Tertia temporibus breuiabit prima ſecundis.
.i.ſecunda crementa,ut legeris.
Vt legerem:ſequerer.uerum altera longa manebunt:
Cum.bere.prima beris.tibi corripit:atq; ſecunda.
Primi quarta modi:ſic tertia tempora quarti
Quintaq; corripio:ut dederam:dederim:dederoq;
ut audimus,itis,audiui.
I.quartæ crementa ſolent producere prima.
ut cupiui.
Sic.u.uoce carens alibi quæcunq; ſequetur.
Simq;:uelimque addas:& quæ componis ab illis.
ut docetote,ut poſſumus.
Cõtrahis.i.reliquis.O.longum.u.breue ſemper:
Et iam prima petit ſpecialem ſyllaba normam.
Tum mediæ uenient.poſt ultima quæque ſubibit:
Sed maneant iam dicta prius generalia cordi:
Stantibus hæc breuior quibus eſt concluſa tabella.
A.Breuis eſt quũ.b.c.d.ꝑcedit:&.f.g. A.i pris:
Excipitur labor quod uerbum eſt:fabula:tabes

Et uerbum & nomen:ſtrabo:tabi quoq; tabo:
Et placo:bacca:& bacchus:facundus:& acer:
Graculus:& dacus.ſic machina:thracia:bracca:
Traduco:& ſpadix:clades:& ſuadeo:trado:
Hinc radix:uado:gadex:ſuperaddito rado:
Vagio:uagina:& ſtrages:magalia:ſaga:
Stragula:cum pago.tum lagana:pagina:fagus:
Et pagus:pages.necnon pro uulnere plaga.
Præcedens.l.&.m.uel.n.s.diſſyllaba longant.
Sed phala:ſine p halanx: aloq; excipis: & calo uerbum.
Mobile deinde malum.ſalo iunge:ſalumq;:palamq;.
Hiſq; ſalus:palus:atq; chalybs hæſere:calixq;.
Et tamen:ac amo:cunq; fames:chlamys:& ſamos.inde
Hæc anus adde:phanes:& anas: manus: & cano uerbũ.
ut calidus.famulus.ſanies.caſia.
Et caſa:cum quaſi:cumq; baſis.Polyſyllaba curtant.
Alea producis:baliſtam:palleo:callet:
Palia:caligo:balena:& ſqualeo:poſt hæc
Amentum:amitto:lamentor:lamina:necnon
Ganeo:canicies:& caneo:baſia iunge.
P.q.uel.r.breuiant præeuntem.a.longa notantur
Appulus:& papi flores quos carduus effert:
Vapula:cum lappa:cum pappo:crapula:mappa:
Rappa ſimul:carex:ac areo:tarracco:uarix:
Sarrio:naricia: & cum uarico:glarea:naris:
Arrea garritus:& pareo:carica:quæq;
Rus:ra.uel.aut.rũ.dãt.pharus hic.hara deme: parũq;.
A.breuis eſt etiam quum.t.ſubit.Excipiuntur

Saturnus:uates:& latus mobile:fatum:
Quatenus:& clatri:natura:& quattuor:ater:
ut mater.ut frater.
Atria: laterna:& quibus.m.uel.r.addita mutæ.
Præuenit.excipias tamen hinc matho.iunge matheſim.
Corripis & ſuper.u.Gauiſus:& auius aufer:
Et ſuauis;mauors:& gnauus:pauoq;:nauis:
ut flauus. clauis.
Maius.prauus item.& præit.l.quum ſubdita mutæ.
E.b.c.pueniẽs:aut.f.g.ul̃.m.breue dicas. E i pris.
Hinc trahimus glebam:plebẽ:creber ſociamus:
Bebryciam:thebas:& nebrida:debeo:mecum:
Et tecum:ſecum:præco:ſecundus:& echo:
Theca ſimul:uecors:& dego:legoq; legas:
Fœmina:cum demo:& ſemen.quodq; exit ab argis
E.longam ducens:ſemis uelut:emathiaq;.
Quum.d.uel.l. præit.e.longant diſſyllaba.Deme
Hinc cedo dic ſignans.edo ſubde:cedruſq;:pedumq;:
Cumq; gelu:ſcelus.ide melos.chelis adde:uelimq;:
Et uelut:atque celer.Polyſyllaba contrahe.præter
Sedulus:electrum:ſpelæaque:delitiaſque;
Speluncha;elyſium:delubrum:bellua iunge.
Longa etiam ſuper.n.Quumque.ſ.t.ſubditur:aut.u.
Tollis enim:penus:& penitus;penetroque:penates:
Et bene:cumque penes:teneoque:feneſtra:phreneſis:
Cum xeniis:uenia:& ueneror:generoque:uenuſque:
Et tenuis:tener:& genuis:geminus:enyo:
Cum ſene:cumque gena:uenio:genus adde:genuque.

Hinc reſinam metuoque:peto:thetidemque:metallũ:
Et freta:cum ueto:cumque getis:meto. Deinde ſeuerus
Et leuo quod tollo eſt:breuis:& leuis haud oneroſus.
Ante.p.corripitur.q.uel.r.Trahe ſepio:cepe:
Sepia:cum repo:ſepes:& cerulus:heros:
Feriæ:& erumna:& cerete: ac ſeria:cera:
Clerus:& erigone:ceroma:erucaque:ſero:
Verus:peronem:ſeres:cum ſperoque:pera:
Nequaquam pariter decet & coniugere nequam:

I.b.ſequẽte breuẽ.c.g.p.q.ſacis:&.t. I.i primis
Demitur.hybernus:libo:ibis:fibula:uibex:
Sibilus:& libum:tybur:quod mobile liber:
Tribula:cum ſcribo:pedis & uel tibia cantus.
Spicula:uicem:dicit:ficedula:uicus:

præmium uictoriæ.

Licia:triceni:uel niceteria:picus:
Trica ſimul:ſpica:& ficus.ſic picaque:mica:
Et ſicut.ſligo adiungas:& frigora:figo:
Viginti:migro:bigæ:trigintaq;:pygæ:
Pygardus:frigo:ſtigo.ſtrigilis uariatur.
Ripa trahis:ſtipes:ſtipo.ſic uipera:ſypus:

ut liquor.aris.liqueo.es.liqueſco.is

Liquor eris.breuiato liquens:& cætera quæq;.
Sed liquor & liquidus uariari nomina cernes.
Nititur extendis:titillo.pſitaccus:itur:
Italus:& uitis:phyton:pitiſmaq; titan:
Clitella:& uito:mitis:cum diteq; ritus.
I.longant.d.uel.f.ſed &.l.quum forte ſequẽtur.

Curta fides & idem neutrale:ideoq;:quidemque:
Et uideo:gnidus.inde cydon:& idoneus eſto.
Tum ſcyphus adiicias.dictiſque typhoeus hæret:
Et cilium:philomela:cilix:hilaris:pila ludi:
Et milium:pilus:atq; filix:pariterque cylindrus.
Cumque ſilex:ſileo:ſtilus:& tiliæ ſocientur.
.ſ.i. ut mimus.gyrus.
Producunt.m.&.r.quotiens diſyllaba ſubdunt:
Sed breue ſit nimis:atq; ſimul. thyma iunge:ſimuſque:
Et pira ſiue piros:hymenæa:Lyramq; ſonãtem.
ut ſimulo.quirinus.ſyria.
Corripiunt etiam polyſyllaba.Simia tollis:
Stiria:pyramides.pirata:& pyramus addo.
Protrahis.i.ſuper.n.Tincam:linus:& lino deme.
ut minor.cinis. ſino.
Et quibus.m.c.uel.s.præit.at producito minos.
Et ſinum pro uaſe.alias ſinus eſt breuiandum.
I.quoque præcedens.s.&.u.ſit longa.diſertus
Corripis:& ptiſanam:miſer:& niſi:iunge miſertus.
Ob.notes lõgũ fieri ſubeũte.ſ; aufers O.i primis
ut probus.
Hinc obolum:ſobolẽ:& dũc conſona ſunt quibus ante.
O.breue quum.c.uel.ſ.quumq;.l.præceſſerit:aut.q.
Pocula iocundus:procerus:& ocia demis:
Ocvor:& phocis:phocam monſtrum adde marinum.
Offaq; protrahitur:tophus:cophonque proſopon.
Molior:& nolo:boletus:dolia:moles:
Et proles:olim:ſolor:colyphia:ſolers:
Polypus:& ſolus:ſtolones:coloq; colas.

Ante.d.productum eſt.g.i.uel.m.uel .s. At rhodus inde
Et rhodope:rhodanus:modo:uel modus exit:adorq;:
Et fodio:podium:modiuſq;:podagra:ſodalis.
Cumq; toga:rogus:atq; rogo.logos addis:homoq;.
Et ſtomachum:comedoq;: tonũ:dominũ: dono uerbũ.
His glomus:& glomero:cões: & cõa: omittit omaſum:
Et uomo:ſiue domum numeres:& ſubde comantem:
Cumq; roſa:doſis:& poſui.proſa ſit uarianda:
Corripis & ſuper.n.ſed nonus:zonaq;:nonas:
Et quum præcedit.c.d.producimus &.p.
O.p.uel.u.ſubeunte breuis.popiſma trahatur:
Populus arbor item:opilio:propagoq; uitis:
Sopio:cum ſcopo.Copam his adiungis:& ouum.
R.quoq; præpoſitum breuiatur.longa ſit ora:
Flans corus:thorax:coram:coralus & oro:
Doricus:& doris:doron:pars temporis hora:
ut lorum. ut roro.as.
Et ſorex:corax.quibus.l. præit inſuper:aut.r.
ut rota.
Sic ubi.t.ſequitur breuiabitur.excipe poto:
ut protinus.
Quotidie:uotum.& quibus.o.duo conſona præſunt.
Quæ ptoton exibuit uelut aptoton hinc tamen aufer.
O.b.ſup fieri correptũ dico.ſed uber: V.i priſ.
Et puber:pubeſq; trahis:rubigoq;.tuber:
Quũ neutrũ eſt terræq; tumor. tuber hic breue pomũ.
ut bubo.bubus. ut nubes nubo.
Suber produco:& quibus.u.b.præuenit:aut.n.
Quum.c.ſubit longato.Lucrum tamen:atq; ducenti

ut nucleus.ut cucullus.cucumis. ut crucio.
Corripis.& quibus.n.uel.c.præponitur:aut.r.
.i.lucanus.
Excipe nuceriam:quam corduba protrahit urbem.
ut trudo. ut bufo ut onus.ut murus.ut ſuſa.
D.q;.uel.f.producis.&.n.uel.r.s.q; ſequente.
Sed pudet:& ſtudium breuiato:rudiſq;:rudentes:
Et rudus:atq; ſudes:comes ire cuniculus optat.
Contrahis & cuneum:tunicam:nurus:atq; curules:
Et furit:ac muriam:pariterq; ſuſurro:puſillum.
Ante.g.protrahitur.tuguri ſed corripe primam.
ut fugio.pugil.iugum.
Et præerit quibus.f.p.uel.i.Producito fruges:
Iugiter:& iugis quod mobile:iugera:frugi.
ut pulex.
L.breue præpoſitum eſt.ſed iulius excipiatur
Tullius:uligo:ſic iulia:pullus:& ullus:
Trullaq;:dulichius:cum culo:bula:quibusq;
ut fuligo.ut mula.
F.ſimul.m.q; præit.mulier:fulicamq; retracta.
ut fumus.
M.ſubeunte notes productum.humeros breuiari
Scito:rumex:humilis:fumus:atq; humus:& præeunte.
ut cumulus.numerus.tumulus.
Quæ.c.uel.n.uel.t.retinent.Nummum tamen ipſe
Longato:& numen:ſtrumamq; ſimul numerato.
ut ſuper.
V.p.breue eſt.ſtuppam produc:& ſupara:cuppam:
pupa. nuper. rupes.
Iuppiter:&.p.uel.n.aut.r.quum forte præibit.

ut mutus.utor.
V.t.ſequente uolunt fieri diſſyllaba longum:
Demis uti:cutis:atq; frutex:puto:uterq;:lutumque:
ut futuo.puteus.
Sed uariat putris.Polyſyllaba ſunt breuianda:
Mutuus hinc tollas:& puteo:glutio:mutit:
Vtilis:ac etiam cum futio:futilis adde.
ut pluuia.fluuius.
Sit breuis.u.ſuper.u.niſi ſola feratur:ut uua:
De mediis ſyllabis.
De mediis iã tps adẽ pſcriber normas: A.ĩ mediis.
Extremamq; inter medias primamq; uocamus.
ut uenabulum.amabundus.amabilis.
A.b.breue eſt.trahis inde.bulum:bunduſq;:biliſq;.
C.quoque contrahitur ſubeunte.moueto cloacam:
ut umbraculum.
Et finita culum:ſed opaca:meracius adde.
Corripis &.d.uel.ſ.præcedens.tolle cicadam:
ut imago. ut pelagus.
Producit.g.ſequens.ſed nomina deme ſecundæ.
ut italus.tãtalus. ut auſtralis.ambaruale.
Et ſuper.l.breuies:niſi quæ tibi tertia flectit.
ut thalamus.calamus. ut irritamen.
Ac ſuper.m.præter contamino:quæq;.per.amen.
ut ornamentum.irritamentum.
Cernis & amentum finiri.examino iunge.
ut clibanus.
Contrahis.n.quotiens ſequitnr.meuania longa eſt.
Vulcanus:garganus:aranea:ſiue lemãnus:
Tertius & flectet quæ nominis ordo:ut inanis.

ut montanus.romanus.
Deriuata illis iunge:& compoſta notentur.
A.p.ſequente breue eſt.uos demo priape:ſinapis.
ut barbarus.ut cyathus.ut carbaſus.
R.t.uel.ſ.pariter breuiant.denarius inde
intestinum pingue.
Excipitur:cum parnaſſo:quibus addis omaſum.
ut agaſo.
Et quæ componi duci ue aliunde uidebis:
Aut in.teſ.finita.datur tibi teſtis achates.
ut cadauer
Quum ſubit.u.longas.bene ſed compoſta notentur.
E.longã facito ſi.b.c.d.p̃uenit:aut.l. E.i mediis:
M.q;.uel.n.breuies erebũ tamen:& terebinthũ:
Iungitur eleborus;ſeneca:andromeda:antomedonq;:
Eſſeda conſocias:& de pede quicquid habetur.
Angelus: & polemos:uehemens:alamania ſubſunt:
Sic helena:ac helenus:iuueniſq;:hebenuſq; feruntur.
Sed breuis.e.fuerit.g.uel.f.ſi ſubiicis:aut.p.
Producis præſepe tamen:pariterq; cethegus.
ut cerberus.ut lacheſis.
R.q;.uel.s.breuiant.De nomine facta trahuntur.
Et longam.i.in græcis.e.quæ fecere latinis:
Diphthongum ue tenent:fuerint exempla galerus.
Cratera:atque megæra tibi:& uigeſimus:& quæ
Talia de numeris facimus.Varies mulierem.
T.q;:uel.u.longant.temetum trahis:atq; ametiſtus.
ut ſenſibilis.canicies.
I.b.c.corripies ſubeũtib⁹.Inde pudic⁹ .I.i mediis;
Lectica:apricus:lorica:Cuniculus exit:

Et cum mendico:formica:pericula:amicus:
Veſica:umblicuſque:cuticula:ſubde caycum:
His etiam urtica:atque myrica:canicula iuncta eſt.
Non amycum:propria adiunges ſed cætera in icus:
Et pariter de poſt quæ tu deducis:& ante.
ut cupidus.
Subdita.d.breuiat.faſtidio tollis:abydus:
ut cupido.inis.
Formido uerbum:quod nomen & exit in.ido:
ut tydides.
Et patronymicum quod ab.eus.mittetur in.ides.
F.g.q3 contrahitur ſubiectis.Deme ſeriphum:
ut rubigo.caligo.ut auriga
Atq3 in.go.uel.ga.uoces.caligas breuiando
Sed ueſtigia;uel faſtigia longa notato.
ut facilis. ut monile
Correptum & ſuper.l.fuerit.producimus.ile.
ut quintilis
In neutris ſolum:ſic & de nomine dicta:
ut ſorbillo
Vel quæ diminuunt:quibus adde fritillus:aſyllum:
Et cum ſubtili exilis: Cordilus:aprilis.
Peſtilis:& parilis:uel nubilis hinc remoueto:
Dapſilis;atq3 humilis:tum nubila quę breuiantur.
ut animus
Eſt ſuper.m.breue.ſed longant ſublimis:opimus:
ut munimen
Et quæ uerborum quartus produxerit ordo.
Compoſitum ſimplex regit.azimus at breuiato.
ut dominus.

Corripit.n.quotiens ſequitur.feſtino:catinum:
Excipis:atq; propino:ſupinum:ſiue caminum:
ut matutinus quirinus.
Et deriuatum de nomine.iunge ciminum.
Et clandeſtinum:peregrinumq;:adde ſabinos.
Sed primitiui quæ nomina ſignificabunt
ut faginus.oleaginus,
Materiam breuies:ſimul hæccine:nundina iungis.
ut tonſtrina.coquina.angina.
Cedrinus tollas:&.na.finita.ſed inde
Fuſcina:cum mutina:proſerpina:lamina demas:
Sarcina:cum trutina:tum machina:buccina ſubde.
His eleemoſynam:& patinam reſinamq; locato.
I.p.uel.r.breuis eſt:aut.s.ſubeunte.papyrus
Delirus:ſaphirus item trahis:atq; butyrum:
Cambiſes etiam iungis:cephiſus:eliſſa.
Gauiſum.anchiſen:paradiſumq; inſuper addis.
ut antiquus.ſaliua.
Protrahis.i.q.uel.u.præcedens.tradita curtis
Cum ſiliquis:aliquis:reliquus:niniuæq; notentur.
ut leuiter duriter. ut margarita
Ante.t.correptum eſt.proprium tamen excipis in.ta.
ut eremita panormita ut leuita
Deq; loco tractum:proprio uel nomine ductum.
ut mephytis. ut polites
Atque in.tis.uel.tes.pituitam dic uariari.
Itus producit tractum de nomine nomen
Ignitus ueluti.a feruo ſed itus.breuiabis
Oblitus quoque longamus.ſic hermaphroditus;
Innitum:cocytum:aconitaq; conſociamus.

O .b.c.d.g.uel.f.aut.l.breuiato ſeqnte: O.i mediis
October produc:herodes:atq bagogus:
Pactolus fluuius:palinodia:cum ſynagoga:
Et præbebit ago quicquid tibi dictio græca:
Aut polo ſignans uendo ſicut myropola.
Corripis & ſuper.m.neutralia tolle:ut amomum.
Quum ſubit.n.longa eſt:Antonius eſt tibi teſtis.
Pannonius deme:atq diaconus:harmonicuſq.
Mammona:lingonicos:aconitum.ſardonioſq.
Vangionesq aponus:britones:tum ſantonos adde:
Obliquis præbet generalis regula normam.

ut dolopes.

O.p.breuem faciet.productum ferto pyropum:
Aeſopum:europam:quibus & coniunge canopum.
Curtat &.r.Produc ſed deriuata.ſonorus
Atq ſoporiferum monſtrat tibi:ſiue canorus:

ut morboſus idiota

S.t.q producunt.Super.u.non eſt mihi ſimplex:

ut curculio.

U B.uel.l.breuiar po ſiml &.p.ſequete. V.i mediis
Inde ſaluber erit:getulus:adulor ademptum.

ut caducus.a.um.ut lactuca. ut eunuchus.

Ante.c.produces.a.uel.um.ſubeuntibus:aut.us.

ut induti.

Manduco iunge:& fiducia.cætera curtant.
Protrahis &.d.uel.d.uel.m.g.uel.n.q ſequentibus.ide
Sanguiſugam remoue.incolumis quoq:& autuo iunge

ut paliurus.ut archeruſia.arethuſa ut cornutus.

R.uel.s.efficiunt longum.u.ſubeuntia:uel.t:

Purpura:centurio:lemures trahe:mercuriuſq;
ut micturio.
His.urio.finita ue lis coniungere uerba.
Arbutus adiicias.memor eſtoq; compoſitorum.
Eſt ſuper.u.breue.pacuuium cape:uetruuiumq;.

De Vltimis Syllabis.

Ecce ſuas tandem petit ultima ſyllaba partes.
A.finita uolunt breuiari.Demito uerba:
ut o ænea.
Atq; ablatiuos:& in.as.de nomine quintum:
ut interea. ut ſupra.contra.
Vocibus & iunctis aduerbia præpoſitiuis.
At puta correptum eſt:ita:cum quia:Sed uariari
In numeris.ginta.atq; ultra fruſtraq; notentur.
ut tegea.nemea.rhea.
Fœmineus græci rectus quoque ſit uariandus.
ut thebe.
Contrahis.e.præter mulíebria nomina græca:
ut o & ab anchiſe.
Et quintum ac ſextum primæ de uoce pelaſga:
ut meridie. ut die.
Et cum compoſitis ſextum producito quintæ.
ut.e.de.præ.
Iunge fame:atq; fere:& ferme:& monoſyllaba:præter.
Et quæ notans:neq; non militans:qđq; eſt ne rogantis.
Adiectum.pte.ſimul:ueluti noſtrapte:ſuapte.
Actiui producta modi uox prima ſecundi
Dicitur inclinat quam uerborum ordo ſecundus.
ut tepefacio.facio. facio.
Eſt anceps uale.ſicq; tepe:cale:cum lique dicas.
E.quoque ab.o.dantis caſus aduerbia facta

Protrahis:ut docte.Bene cum male dic breuiari.
Apprime uariat.ſed cætera corripientur.
ut thebai.
I.longum eſt.quintos græcorum corripe.Dantes
ut palladi.phyllidi.
Q ui creſcunt uel ab.as.uel ab.is.coniunge pelaſgos:
Et quaſi:cum niſi.Sed uariis mihi redde:tibiq;:
Et ſibi.iungis ibi:nec ubi diſiuncta manebit:
ut domino. ut pro.do.ſto. ut dido.ſappho.
Tertius & ſextus:Monoſyllaba:Nomina græca
O.longant:& quæ ex latiis aduerbia fiunt.
Vt uero.ac falſo.Variant cito:mutuo:crebro:
Sedulo:cum ſero.Breuis eſt modo & illico ſemper.
Cætera in ancipiti dic.o.finita manere.
V.ueluti cornu & monitu producta feratur:
Q uæ.b.d.finierint aut.m.breuiabimus:&.t.
Syllaba quum tracta eſt tunc.t.dat ſyncopa longam:
Audit pro audiuit:neſcit monſtrabit:obitq;.
Dic uariam fuerit quum tantum littera dempta.
Diphthongum & poſitum generalis norma notauit:
ut dic.halec.
C.damus extenſam.lac:nec:donec remouemus:
Sed uariant hic hoc quum ſunt pronomina tantum:
ut mel.ſal. ut gabriel.
Corripis.l.Nil:ſol:& in.el.dic barbara longa:
ut nomen.
N.quoq; produci faciemus.corripe neutra.
Et pecten:flamen:quæq; ex cano ducta uidebis:
ut æginan.ut thyrſin. ut rhodon.
Q uartus ab.a.uel ab.is.uel ab.os.coniungitur.inq;

An:tamen:& forſan:proin:& dein:forſitan:exin.
Sic egon:& ſatin:atq; uiden:ſimileſq; locato:
R.breue ſit.lar:nar:fur:quur:uer trahis:& par
Vel ſimplex uel compoſitum:Quod ab.ir.q; pelaſgi
Er.tulit:ut crater.Mater pater excipiuntur.
Flectere cor poteris ueluti tua carmina poſcent.
As.quæcunq; tenent finem producis:ut ætas.
ut pallas.dis.
Excipe:dis.faciunt latio quæ græca ſecundo:
ut arcadas.
Quos dat & e græcis plurales tertia quartos.
Es.quoq; protendis.breuis atq; penultima creſcens.
ut miles
In quibus extiterit rectum breuiato:quieſq;:
Inquies:atq; penes:uerbum es cum compoſitura:
ut arcades
Plurales pariter græcorum adiungito caſus.
Lingones:& britones:uel ſaxones & inſuper addis:
Producunt aries:paries:abieſq;:cereſq;:
Pes cum compoſitis:ſicut ſonipeſq;:tripeſq;:
ut canis
Is.breuio.At quorum fuerit penultima creſcens
Longa ſimul rectum producunt.ſit tibi ſamnis
Exemplo:& pyrois:ſed tethyos addito tethys.
ut dominis.partis.quis.
Plurales & in.is.caſus ubicunq; repertos.
Verborum quartæ perſonam iunge ſecundam
Præſentis primiq; modi:ut ſentis:& obaudis:
Iunge uelis:ſis:uis:is uerbum:compoſitaſq;

Ex illis uoces:Monoſyllaba cætera:quāuis.
Sed quis:& is recti:bis:mis:tis:Corripiuntur.
Os.producatur.breue os oſſis:compos:& impos:
ut argos ut rhodos.delos
Græcaq; quæ ſumunt neutrum genus:aut muliebre:
ut archados.pallados.
Os.quoque græcorum genitiuum dic breuiari:
ut ſus,mus.
Vs.correpta datur.Monoſyllaba protrahis:& quæ
ut ſalus.
Creſcentem.u.longant.Genitiuum iungito quartæ.
ut niſus.
Plurales & in.us.caſus quos ducis ab illa.
.i.genitiuos.
Græcorum.us.patrios:ut ſapphus:ſiue calypſus:
Iungis in.us.rectos quos facta ſyneręſis affert:
Sic panthus:hydrus:amathus probat atq; melampus:
Pus tamen ad latiam uenit quum forte ſecundam
Oedipus ut breuis eſt.palus eſt uarianda poetis.

De Syllabarum quarundam uarietate.

Variantia quædam primam ſyllabam.

NVnc operepręcium eſt uariantia diſcere quædā
Hæc primam pro iure ſinent nos ponere noſtro
Rutilius:pelion.lycas.rubigo.diana.
Criticus.orion.ſilenus.tinea.uitrum.
Gradiuus.rudo.palatia.liquidus.hymen
Dolon.fidenæ.crathis.liquorque.liqueſco.
Hinulus.& cacus.procuro.propino.ſychæus.
Strigilis.& putres.& cum Cyclope.britanni.

Inſula coſyra.atq;.italus.profundo.tyruſq;
Curetes.pachynus.atlas.ſicanus.eous.
Profectus.reduco.bithynus.ſiue pyrene.
Repperit.& repulit.retulit.penultimus adde.
Atq; duplex.triplexq; ſimul.Coniūge ſupremus:

Variantia quædam mediam ſyllabam.

At mediam uariant quæ nunc aſcripta legentur.
Bebrycis.maleam.ficedula.rutiliuſq;.
Pharſaliam:choream.bathaui.cyaneque.cybelle.
Contudit.ægæona.orionis.atq; ſicanus.
Sidonius.plateam.ſiphacem.nemeamq;.cyclopes:
Connubiis.eodem.Trinacria.porſena.eadem.
Opprobrium.æneidos.Saxones.Stymphalidaſq;:

Hactenus Pylades.De Nominū declinatioībus:Generibus:atq; heteroclisi.Tū de uerbo℞ præteritis & ſupinis.ac demū de heroici atq; elegiaci uerſus cōpoſitiōe:& ſyllabarum quātitate;ad communem ſtudioſorum utilitatem:& ſuorum imprimis diſcipulorum ſalundianorum.

FINIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE